

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Res: dan: ant: No. 3
35. – 129. – 4°   DA BOX



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS
LN 671
ex. 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Nº 232

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3



B.R.H.
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

SERENISSIMÆ ET ILLVSTRISSIMAE PRINCIPI ELIZABETHÆ, Angliæ, Franciæ & Hyberniæ, REGINAE, Principi clementiſsimæ

S. D.

FREQVENS eſt Ordinis, Sereniſsima Regina, in omnibus Eruditorum ſcriptis commendatio. Et notæ ſunt honeſtæ quædam ac elegantes veterum ſententiæ, quibus ita naturã efferunt ac dignitatem ordinis: vt tametſi nullo præterea vitæ vſu nullaq́ rerum experientia moueretur fortaſſe aliquis ad conſiderandam eam, quæ huic bono reuera ineſt, lucem & neceſsitatem: equidem ijs veluti nunc authoritatem vetuſtate quadam conſecutis dictis intelligeret, infructuoſæ omnis atque moleſtæ actionis in vita matrem eſſe, confuſaneam quandam atq́ impeditam conſultandi agendique rationem: cui & temporis iacturam, & actionis diſpendium, riſusq́ ac improperij occaſionem coniunctam eſſe arbitraretur. Eius rei cauſa ſi quis ad omne operationum genus omniaq́ humanæ vitæ ſtudia & oculos & cogitationes animi circumferat: equidem in ſingulis id prima quadam & præcipua deprehendet cũ vtilitate perſici: quodcũq́ recto ſanè & naturã imitãte inchoari ductu, veroq́ & rebus ipſis accõmodato ordine tentari: & ad operationis exitiũ ſolerter promoueri videt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

videt. In reliquis perplexitatem obijci, & illam quidem eò difficiliorem quod absq; ordine nec vtiliter quoquam tradi, nec ad perficiendum expediri: aliquaq; cum dignitate in medias hominum actiones deduci poſſe videatur. Vtq; alijs à rebus haud exempla petas: quid quæſo dignitatis imò quid non vtilitatis maximæ in iſtis vrbibus ſpectare liceat: in quibus ordine omninò quodam ducta iactaq; ab inicio fundamenta, elegantem quandã & humanis vſibus accõmodatã formã extulerunt: idq; adeo, vt ſiue permeandum fortè, ſiue inambulandum aut alicubi interdum conſiſtendum etiam: ſi vel ducendus miles, vel repellendus hoſtis: vel commertiorum agitanda ſit frequentia: aut ipſa deniq;, quæ vrbibus ornatum ſummum adferat, colenda vrgendaq; ſit mundicies: equidem negari nequit huiuſmodi quidem vrbis commoditates eſſe maximas: cùm in alijs intereà quæ coniectæ potius ac coaceruatæ quàm ædificatæ videri queant, & platearum ſit inepta diſpoſitio, & angiportus infiniti: & tantæ demum ſordes, immunditiesq; inhæreant ac reperiantur: vt & contagioſis morborum propagationibus perpetuò luxurient: & ob viarum locorumq; anfractus atq; perplexitates ingens ſit in cædes, raptus, furta atque adulteria occaſio: indeq; omnis adeò deformitas extiterit: quòd nullo concinnata ordine ineptam quandam ingratamq; præbeat hominibus & habitandi & commorandi neceſsitatem. In Ciuibus autem quæ vera ſolaq; Ciuitas cenſenda eſt, quid quæſo ſolidi, quid beati venuſtiq; inerit: ſi ſublato officiorum ordine confuſisq; dignitatum gradibus nec honore quisquam ſuperet, nec miniſterij publici gradu cæteris antecellat? Exercitus verò, cui mox fortaſſe confligendum ſit cum hoſtibus, vnde quæſo maius ſibi momentum duxerit ad victoriam: quàm ſi ordine quodam ad loci hoſtisq; naturã comparato, à Sapiente fortiq; Imperatore in gratam quandam ac ſpontaneam pugnandi decertandiq; alacritatem omninò deducatur? Iam in mercibus exponendis, in extruenda domo, quantam & iſtic quæſo mercator, & hic Materfamilias dat operam: vt ſuo quodq; loco ſuoque ordine digeſtum ſplendeat oblectetq; aſpicientes? Quin verò ſi Porticus,

ſi Naues,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

ſi Naues, ſi Tēpla extruis: ſi muneris diurni penſum expedire cupis & abſoluere: deniq́ ſi illam quæ cætera penè omnia & voluptate & vſu primo vicerit, Agriculturam aggredi exercereq́ collibeat: annón hæc tibi ita demum & vtiliter ſuccedere, & perfici celeriter poſſe ſtatuas: ſi ordine hoc ipſumquod agendum ſit in ſingulis, & prudens obeas, & diligens exquiras: nihilq́ eorum prætermiſeris, quæ concinnitatem augeant, & facili quadam expeditaq́ agendi celeritate operarum curam induſtriamq́ iutare ac promouere poſſe cenſeantur? Neq́ enim dubitare quiſquā velit, actionibus iniectam ita demum eſſe remoram: ſi peruerſo ordine feratur aliquis ad operandum, quæque expediri anteà ac perfici facilimè omnino potuiſſent: poſtquàm inuerſa agendi ratione accommodantur operationi, non moleſta tantùm ingrataq́ reddi ac difficilia, ſed tardari etiā: interdumq́ vel interuerti penitus, vel difficultate maxima abſolui. Narrari ſemel audiuimus à Melanthone, Viro ſupra Doctrinam incomparabilem & veritatis & virtutum amantiſſimo, fuiſſe principi Saxoniæ eximium aliquando ſtoliditate fatuum: cui cùm miniſtri interdum cæteri opellas quaſdam oblectationis riſusq́ gratia iniungerent: etiam ligna tenuius conciſa diffiſſaq́ mandauerunt in Principis ſubinde Cameram deferre: cui is quidem labori vt non inuitus etiam accingitur, ita dum commiſſa perficit, mirabili profectò ac Methodo præpoſtera ad rei exitum contendit. Non enim ea quæ ad manus ſeſe primùm ex ipſa ſummitate libera nihilqúe impedita obtulerunt, prima ſibi deferenda tranſportandaq́ ligna cenſuit: ſed inferiora aggreſſus ea tentabat toto cumulo totaq́ ſtrue vellere: quæ implicata maximè & laborem augere poterant: & contentione nihilominus inepta alijs nonnunquam deferenda tranſportandaq́ relinquebantur. Interrogatus cur hoc pacto ageret: Annón iſta videtis (inquit) ligna ita hærere conſerta cæteris: vt niſi ea primùm auferam, labore hoc conficiar? at ego illum mihi aſtutus ſanè & facilem & iucundū reddam: ita quæ poſteà ferenda ſunt ſine moleſtia ſineq́ difficultate tranſportauero, vobis intereà hanc mihi ſolertiam facilitatemq́ inui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

dentibus. Et is quidem hoc modo plaudens inſultansq́; laborem omninò auxit ſibi, multoq́; reddidit in agendo difficiliorem: Quorundam autem mores conſuetudinesq́; egregiè expreſsit actione ludicra: qui perſimili cõtentionis temeritate rerum ordinem inuertunt: cum quod primo quidem loco agendum eſſet vel ignorant penitus, vel ſtoliditate quadam negligunt: eaq́; ratione quæ facillimè nullaq́; moleſtia expediri poterant, & perplexa ſibi & ingrata peneq́; interdum etiam impoſsibila efficiant. Et quidem hoc cum in multis vitæ exercitijs licebit deprehendere: tum in ſtudiorũ curſu & diſcendi ratione ante omnia conſpici, certisq́; adeò & damnis, & iactura temporum animaduerti profectò ac deplorari poteſt. Sæpè enim iuuentus aut iudicij imbecillitate, aut contemptu Magiſtrorum ordinem ſubuertit, progrediturq́; ad percipiendas literas: dum quæ poſterius cognoſcenda erant, priore quidem exorditur loco: eam verò quæ initio apprehendenda eſſet partem, in vltimas omninò fabulæ atque actionis ſcenas reijcit ſerisq́; penitentiæ ac dolorum ploratibus reſeruat. Inhiant tamen lucro plerunque omnes & commoditatibus: nec reliqui quicquam ſibi vlli faciunt ad complectenda iſta doctrinarum compita, é quibus proximus omninò & expeditiſsimus ad lucrum dignitatesque proſpectus eſt & occaſio: etiamſi tenui admodum atque infido res conſiſtat fundamento ea, cuius vi tamen virtuteque & dignitates comparandæ, & emolumenta expetenda eſſe videantur. in hanc rem lepidum eſt quod de Nortuagienſi quadam vetula referri diu ſolet: adduxiſſe illam aliquando filium ad Rectorem Scholæ: vt literis inſtrueretur. Cumque oraret illa Ludimagiſtrum, vt commiſſum ſibi diſcipulum iſtum cumprimis expediret: rogata à Magiſtro, Quid ergo illa filium imprimis optaret diſcere: Reſpondiſſe, vt Miſſas celebrare ſciret: Hæc enim, inquit illa, ſola nobis nunc lucro ex omnibus diſciplinis futura eſt cognitio. Si quæ alia fortaſſe ſunt quæ Scholarum beneficio interdum comparari ſolent poſteà ijs admoueri gnatum poſſe: Nunc illi ſummam de Miſſa & induſtriam eſſe oportere & cogitationem.

Ita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Ita quæ Anum iſtam mouit ratio ad conſectanda è primo Scholarum aditu compendia: eadem profectò multos ſubinde permouet: vt iſtud ſibi cumprimis appetendum putent, quod maiorem adferat diuitijs honoribus atque emulumentis comparandis occaſionem: ſecuri interim quacunq; demum baſi viribusq; ac firmitudine neruorum in iſtam vtilitatis contentionem deferantur.

Reprehendenda autem eſt magnoperè hæc audacia, & ſeriò Iuuentus admonenda eſt, vt ordinē amet ſecteturq; in diſcendo. Tum eam quæ in ipſa orationis ſtructura animaduerti poteſt, viam rationemq; & perficiendi curam in diſcendis quoque literis obſeruandam ſibi & imitandam ſtatuat. Quemadmodum enim à primis literarum elementis ad ſyllabarum compoſitionem: ab hiſce verò ad conſtituendas formandasq́ue voces, & ab illis demum ad dictionum copulationem ornatumq́ue orationis ductus quidam & naturalis eſt progreſsio: Ita in percipiendis comparandisq; diſciplinis ordine oporteat contendere ad eam quæ præclara decent ingenia, vel perfectionem certè: vel, ſi fieri iſtud nequeat, ad elegantem quandam & cum virtute modeſtiaq́ue coniunctam ac conſociatam mediocritatem. Hoc enim pacto ſuperiora illa vtiliter quadamq́ue cum admiratione perdurare poſſe cenſeant, ſi inferioribus ſuſtentata firmo alicui ac minimè ruinoſo fundamento innitantur. In reliquis euenire plerunque idem quod de domo ſuper arenam ædificata Chriſtus retulit: vt, quemadmodum illa quidem aduerſus vim impulſusq́ue tempeſtatum neque at conſiſtere: ita hij in grauioribus doctrinæ certaminibus verſantur temerè, minusq́ue idonei ad rerum maximarum tractationem reperiuntur. Etſi autem hæc in artibus non ſolùm ſingulis, ſed omnibus diſciplinarum artiumq́ue, quæ ingenio tentandæ perluſtrandæque ſunt, & vijs ſanè & conſequutionibus ſeruanda eſt & perurgenda diligentia: in lectione tamen Hiſtoriarum adniti cumprimis atque elaborare decet: vt certa Methodo certoq́ue ordine rerum maximarum noticias nobis comparemus: exorſiq́ue à primis generis humani principatibus ad vlt mas Re-

gnorum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

gnorum, Rerumq́ue publicarum ac dominationum formas ſtudioſa quadam ac dextra rerũ omnium conſideratione ad facultatis huius culmen & elegantiam progrediamur. Illa res cùm firmitudinem iſtius partis & Phiſophiæ ſtabiliuerit: tum admirationem attulerit èxcultis: ipſumq́ue denique vſum accommodandiq́ue rationẽ & facilem præſtiterit, & concinnam reddat. Neq; enim putandum eſt liberali doctrina eum eſſe præditum, qui Hiſtoriarum rudis alia quædam interdum venditare ſoleat: cùm eorum quæ diuerſis & temporibus & populis acta ſunt, noticiã ſummã & vtilitatem præſtiterit hominibus, & rebus lucem comparet, & dignitatem orationi vẽdicet, tribuat & auxerit. Vtq; corpus quod èxangue eſt, minus afficit mouetq́ue aſpectantes, vt lætari velint: ita oratio quæ alijs quidẽ coaceruatur inferciturq́ue rebus, Hiſtoriarum autẽ inanis eſt & vacua, neruorum quidem minimum habet ad mouendos eos, qui non tam ſubinde duci perſuadendo, quàm conuincendo vel impelli debent vel obrui planè, vel orationis robore percelli: vt quo dicentis ſpectet meta, vel nolentes etiam tranſlati eſſe videantur. Et profectò innatum eſt hominibus plerũq; omnibus: conſpectis veterum èximijs præclarisq́; factis valde affici, eamq́ue admirari vehementius fortunam, quæ maiorũ ſtudijs, ac periculorum magnitudine, quocunque etiam euentu decertata eſt & ſuperata. Quo nomine multi multa interdum vel aggrediuntur difficilia: vel minus explorata approbant: quòd ea maiorũ factis veſtigijsq́ue conſentanea, ita equidem arrideant: vt ijs quæ noſtra ſunt, vel æquari liberaliter, vel vtiliter adiungi poſſe exiſtimemus. Voluptati enim plerunque ducimus ſuperiorum æmulari facta: quorum ſi virtutem mediocriter aſſequimur, equidem nobiſcum benignè fortuna deciſum eſſe iudicamus. Nam qui parentes ſuos temnere, ſuamq́ue ſortem, illorum præferre rebus ſtultè ſolent: horum ego arrogantiam & inclementem iudico: & aliquid adhuc in maiorũ plerunq; lucere vitis, quod illi nondũ cõſequuti ſunt. Itaq; rectè quidam Cambyſem ſeſe èxtollentẽ cautus certè reprehendit: cùm qualẽ Cyrus reliquiſſet filium, nondum talem à Cambyſe relictum eſſe reſpondiſſet.

Multi

Multi etiam dolore afficiuntur maximo: cùm in medio certaminum curſu non dum ſe ad primam veterum claritudinem dignitatemq́; perueniſſe vident. Alexandrum Cyrus, Iulium Alexandri fama mouit ad ſuſcipiendos pro honoris famæque atque amplitudinis faſtigio, labores, pericula & contentiones. Ita rerum geſtarum priſcæq́; virtutis gloria, quæ Hiſtoriarum monumentis iam inde à Maiorum æuo vſuq́ue vitæ conſeruata eſt: cùm in actionum atque imitationis theatrum deducitur oratione, dici mehercle nequit quantum momenti adferat ad virtutem: quã vt miramur in veteribus, ita in noſtris viuã fœlicemq́; & perpetuam eſſe expetimus ac deſideramus. Et profectò ſummi interdũ ſunt in adhortando diſſuadendoúe nerui, recordari maiorum: quorũ vitæ curſus nõ aliter quàm virtutis vſu rectiq́; ſtudijs & promotus & abſolutus eſt. Quemadmodum enim parentum Maiorumq́ue noſtrorum memoriam & amamus ipſi plurimum, & refricari ab alijs æquo omninò animo perferimus: ita recta honeſtaque illorum facta cupimus & nobis domeſtica, & alijs commendata eſſe vt exemplar actionis, quam quiſq́; imitari velit. Eo nomine & diligentius Agricolæ interdum multi terram colunt exercentq́ue: & fœlicius imperia Principes gubernant: cùm id probro ſibi quiſque duci cenſeriq́ue ſtatuat: ſi à veterum veſtigijs virtuteq́; maiorũ per incuriã ſtoliditatemúe omnino deſciuiſſe videantur. Sed hac de re alio in loco à nobis dictum eſt.

Hiſtoriarum autem lectionem ita quiſque ſibi vtilem fructuoſamq́; reddiderit: ſi vniuerſum eius curſum ad Regnorum, populorumq́; tum conſtitutiones tum tranſlationes ac varias migrationes gentium accommodet, expendat & ordinet. Et quidem minimè dubium eſt ſummam in omni hiſtoria eſſe Monarchiarum cõſiderationem: proximam Regnorum cæterorum. Hæc enim, vt rami quidam vel ex trunco ipſo, vel propagine vicina enata ſunt & confirmata. Vltimã eſſe Rerumpublicarum: quæ ceu floſculi interſperguntur maximis imperijs: vt earum conſpectu admoneantur Principes de virtutibus: quas ſemper clariores lucere Deus voluit in honeſtis Rebuſpublicis: cùm Imperiorum ſummorũ, Regnorumq́; vitia

ſint ſubinde etiamconſpectiora: Idq́; adulatorũ artibus: qui cũ Regum ani
mos conatusq́; mendaciorũ faſcino dementant: equidem momento non ita
maximo quocunq; tandẽ libeat aut ſuaſionib. apertis duxerint, aut tacitis
occultisq́; cuniculis impellant. Diſtributione autẽ hac manifeſtum ſit quo
ordine legi Hiſtorias neceſſe eſt. Autores enim qui quidem extant in hoc
doctrinarũ & ſcriptionis genere, ad iſtã omninò Imperiorum ſucceßio-
nem legendo ſunt accommodandi: qui ceu annulus annulo conſertus hæ-
ret motumq́; motus attrahit: ita ſeſe inuicem hij conſequuntur: quos diſpo
nere ſibi quiſque, & ad rerum cognitionem tempeſtiuè ac prudenter ordi-
nare velit. In vniuerſo autem hoc genere vetuſtißimam eſſe Eccleſiæ hi-
ſtoriam certum eſt. Nec vllus extat nunc Scriptor qui ante Moſen vixe
rit. Itaque eius hiſtoria non tantùm generis humani originem, incremen-
ta & dißipationes tradit: ſed & primam imperiorum conſtitutionẽ prima
que regnorum quorundam inicia aperit oſtenditque: quo nomine & illam
imprimis legendam eſſe conſtat. Et quia vetuſtißimum Imperium eſt
Aſſyriorum: cognoſcendi authores ſunt qui iſtius imperij dignitatem
ruinasque poſt Moſen deſcripſerunt, vt Beroſus, Duris quem Atheneus
citat (ſi tamen eius ſuperſit adhuc aliquid) & alij, quorum teruntur ma-
nibus eruditotum, monumẽta. Quin Regũ libri, Daniel, Heſter, & Pro-
phetarum quidam huic rei momentum maximũ attulerint: donec à Chal-
dæis imperium tandem ſummum, quod Daniel Aureum interpretatus
eſt, in Medos Perſasq́; tranſlatum non tantùm Gubernationis dignita-
te conſtitit, ſed & vſu literarum excultum exornatumq́; eſt: poſtquàm
horum temporum Reges ſummos ſummaq́; & præcipua eorum facta egre-
gijs literarum monumentis Herodotus Xenophonq́; & alij quidam pro-
pagare conati ſunt ad poſteritatem. Inde Græcorum Monarchia fuit:
quæ vt vnius quidem viri imperio non diu gubernata eſt: ita varios ſcri
ptores habet: quorum alij alios literis complexi ſunt. ad hunc numerum
Curtius noſter inter Latinos potißimùm referendus eſt: tum verô &
Diodorus ipſe: & Arrianus: & Macchabæorum Libri: qui præcipuorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

& Regum & populorum faciunt in illo ordine mentionem. Tandem ve-
rò in Romanorum poteſtatem ſummi imperij gubernatio peruenit. Vt
verò hoc & robore erat & magnitudine præcipuum: ita ſcriptores conſe-
cutum eſt ſtudijs & dicendi elegantia venuſtiſſimos: quorum alij vniuer
ſam gentis hiſtoriã, vt Trogus, Liuius, Florus, ordine aggreſſi ſunt de-
ſcribere: alij particulares complexi narrationes, aut propria ſua, vt Iu-
lius: aut aliorum, vt Saluſtius, Appianus, Suetonius, Herodianus literis
intulerunt. Nam de Catone, Varrone & ſuperioribus iſtis, item de ijs qui
ex aliorum ſcriptis compendia ſibi quædam & veluti farragines, vtili ta-
men & honeſto labore, vt Iuſtinus, contraxerunt: denique de illis etiam
qui præcedentes iſtos in Romanorum Imperatorum hiſtoria, ſecuti ſunt
nihil dicam impræſentiarum. Eum enim ſibi quiſque ordinem conſe-
cerit: quod quidem in magno licet ſcriptorum numero ac varietate, fieri
tamen poteſt induſtria non etiam omnino maxima: potiſſimùm ab ijs qui
laboribus, vigilijs atque aſſiduitate aliquã ſibi in eo ſtudiorum genere no-
ticiam compárauerunt: quorum etiam curis induſtriæq; hæc ſit commen-
data diligentia. Quod autẽ ad regna attinet: cùm illa tanquam particu
laria quædam ſint ex vniuerſo membra: etiam ſcriptores ſuos plerunque
omnia ſingulares habent, quos & ordine ſuo debere legi, & magna profe-
ctò cum vtilitate cognoſci poſſe putes. Conſiderandũ in his eſt: quo quod-
que tempore exortum eſt: qua fortuna euentuúe cum ſummis imperijs
conſtitit: quæ tueri libertatem dignitatemq; amplificare potuerunt, quæ
in formam conditionemq́ue prouinciarum redacta ſunt: poſtremò qui-
bus ſeſe multa vijs in priſtinum libertatis vſum omninò vindicarunt. Re-
liqua enim, vt populorum mores, inſtituta, leges, conſilia, bella, euen-
tus & Gubernandi ratio ex ipſa lectione ſine monitoribus omnino cogno-
ſcantur. Ad hanc plerunque partem referendæ ſunt ſingulares genti-
um quarundam ac populorum emigrationes: quòd vel Regna deſerue-
rint: vel Regna conſtituerint: peregrinandoque occuparint aliena: in
quibus cũ vel domi calamitoſi, vel ignobiles omnino exitiſſent, foris pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

fecto & claritudinem adepti ſunt: & bellorum virtutiſq; vſu longas interdum Imperij dignitatiſq; poſſeſſiones, vel toto deniq; ſuorum numero, vel exigua relliquiarum manu inter externos exorſi, diu quidem & id cũ fortunæ amplitudiniſq; incrementis retinuerunt. Harum gentium hiſtoriæ ſeorſim legendæ ſunt: aſpicianturq; vices rerum: & migrationum vaſtationumq; cauſæ in imperijs, ex omni lectione diligenter conſiderentur. De alijs nihil iam dico. Cognoſcantur ea, quæ ad Septentrionis regna migrationesq; populorum præcipuè pertineant. In hoc numero gratam certè operam contulerint noticiæ ac lectioni Iornandes, Ablabius, Diaconus, Agathius, Procopius, & quidã vetuſtiores alij: qui rem maximam vel minimis præſtigijs, vel plurima veritatis ſpecie videntur eſſe perſequuti. Sunt enim in quibuſdam alijs ſparſæ potiùs & confuſæ multarum rerum quàm conſcriptæ narrationes: quod profectò vehementer etiam dolendum eſt. Nam quod ad recentem iſtam, quæ nunc prodijt, Iohannis Magni hiſtoriam attinet: quòd inclementem iſtam & ineptam eſſe arbitrer conſtituendæ veritati Scriptionem: equidem aut emendati illam cuperem ab ijs, quibus rerum Septentrionalium maior eſt & perſpectior noticia: aut auelli illam & excuti Eruditorum manibus optarem: ne quid vel allubeſceret illa ſuis, vel externos oblectaret. Neutris enim præſtare adferreq; iſtam poteſt quæ ex veritatis hiſtoria potiſſimùm quærenda eſt rerum veritatiſq; noticiam & voluptatem. Et ſuis quidem minime, quòd perpetuum quoddam ſit contemptus, odij ac decertationis ſeminarum. Externis autẽ, quòd mendaciorum venis turgeat: nihilq; in lectionis pretium, præter falſas quaſdam & inhumanas actionum imagines: quoſdamq; ſugillationum, calumniarum & virulenti ſcommatis aceruos rependiſſe videatur. Si quæ vera habet: quæ anguſtis admodum profectò habet circumſcripta finibus, ea & aliunde compilata inferciuit ſuis ſtolida audacia: & mendaciorum inuoluta faſcijs ita perdidit: vt à multis contemni etiam illa queant: niſi quid fortaſſe aliorum monumentis ab iniuria interitus atque obliuionis omninò vindicentur. Equi-

dem hac de re Georgius Gyltus, natus in familia Gyltarum inter Gothos nobiliſsima: ingenio autē & doctrina, maximè verò hiſtoriarum cognitione præcipuis comparandus: cùm mecum aliquando contuliſſet: ſanè ſcriptores huius temeritatem valde improbauit: ſtatimque vaticinatus eſt, faces eum & ſemina iſtis quæ poſteà ſuccreuêre malis ac contentionibus ſparſurum eſſe. Id vt accidit, dolor enim recens eſt & ignorari nequit: ita futuris attulerit diſsidijs momenta maxima: quæ quàm diu iſte claſsicum inter ſuos canat, nec tolli poſſe ſpes eſt, & magna bonorum iactura magnaq́; calamitate ali, euentus comprobabit. Cauſam autem farraginis iſtius mendaciorum virulentiæ & acerbitatis, & auctor ipſe infœlix Romæ faſſus eſt: & Suaningius noſter proferre interdum ſolet & modeſtè explicare. Illud conſtat, non placere effrænam iſtam & ſtultam immodeſtiam, ne Suecis quidem ipſis: de quibus tamen hiſtoria potiſsimùm videri ſcripta poterit. Sed ingratam planè rem valdeq́; inhumanam nos hac quidem vice in medium relinquamus.

De Rebuſpublicis, earumq́ue incrementis, dignitate, forma ſcriptoribus ac diſſolutionis cauſis, eo dicam loco: vbi Venetæ Reipublicæ ſtatum Analyſi ſua ſub conſpectum deducam & ſtatuam: Cæterum in omnibus regnis cùm & generalis quidam conſiderandus ſit hiſtoriæ curſus: & facta nihilominus præclariora ante omnia excutienda ſunt & annotanda: equidem precium operæ is omninò fecerit præcipuum: qui cùm omnia fortaſſe nec animo complecti, nec cogitatione circumferre poſsit: Quæ ſint intereà toto numero illuſtriora contrahat: eaque ita ſibi reddat nota: vt in expedito ſint, tanquamq́ue manum impleant: ſi quando rerum quas tractamus tenebris obſcurioribus, ex vetuſtate ipſa, & è præclarè factis dictisúe Maiorum luculenta quædam & tempeſtiua lux prudenter inferatur. Hic doctrinæ vſus & tanquam fructus quidam ſit laboris maximi: quem & ſummo ſemper habuêre præſtantes loco, & qui alijs præſtitêre ſapientia, cumprimis admirati ſunt. Quin & laus aliqua ingenij eſt, ſi non referre tantùm: ſed & ornare interdum latiusq́ue

etiam quæ magna ſunt proferre, & ad delectationem auditorum ſtudioſa quadam ac elegante induſtria concinnare potes. Eo ſine alia ab alijs venuſtè explicata ſunt. In noſtris rebus vna Margaretæ Hiſtoria ſemper mihi placebat maximè: vel quòd fœliciſſimam illam fuiſſe Mulierem ſentiam: vel quòd auſpicijs eius incrementa acceſſerint regno Daniæ ampliſſima: vel quòd dolorem multis interdum moueat, ea quæ mulieris fortuna erant aliquando comparata: virorum poſteà conſilijs operaq; ac firmitudine nequaquam potuiſſe retineri. Id non dico vt negligentiæ inſimulem noſtros, qui poſtremi ſucceſſere gubernationi. Scimus enim quibus vijs quaq; quorundam culpa hic vſus hæcq; poſſeſſio nobis interuerſa ſit: Sed vt fortunæ inconſtantiam mutationesq; imperiorum, & voluntatum humanarum inclinationes indicem: quæ ſuboriri, tanquamq; ſegetem vberrimam ſuccreſcere neceſſe mala eſt: quoties neglecta virtute deſertisq; veſtigijs maiorũ vel arbitrio domeſtico contendimus, vel violentia ac præſumptionibus adnitimur eam quæ bello parta eſt fortunam vel inuitis omnibus adſtringere ac conſtabilire. Hiſce autem regnis ita demum rectè vtiliterq; conſultũ fore dicerem: ſi pacis bono ac fœderibus perpetuis in eam ſocietatis conſenſionem conſpirent ac coaleſcant, qua ſe & benignè ferant mutuò, & ſine acerbitate ac ſugillationib. omninò complectãtur. In reliquis aut præſidij parum, aut euentus vſu commodi expetendiq; nihil plerunq; apparere, quod magnoperè efferri expectariq; poſſe videatur. Studioſa enim libertatis gens Suetica, nec externum iugum tolerat: & volens excutit, mauultq; officijs contendere, quàm parere metu. Sed hæc mihi intereà cogitanti profertur longius oratio.

Hiſtoriam autem Margaretæ noſtræ, non totam quidem, erat enim maioris id impendij & otij prolixioris: ſed præcipua eius parte ac cumprimis memoranda deſcribendam exornandamq; mihi ſtatui. Splendidiſſimum enim erat hoc illius Reginæ factum: quo Albertum Megapolenſem, Sueciæ Regem domuit: virum & natura ſuperbum inquietumque, & inhiantem noſtris: quodq; referri imprimis debeat, vt ſuis gra-

uem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

uem & iniurium alienis. Eo autem deſcripſi Orationis genere: quod & ineptis placere minimum, & eruditos ſuauitate (vt ſpero) quadam poßit oblectare maxima: Iſtius ſi quid mihi accidat: ceu exoptare ſanè audeo: equidem & hanc me vtiliter collocauiſſe arbitrabor operam: & ita mecũ benignè fortunam deſcidiſſe putem: vt vel ſolo hoc ſummoq́ præmio, ceu maximis ac diuturnis vigiliarum ac laboris noſtri fructibus, ſine cogitationis moleſtia acquieſcam.

Tibi verò, Serenißima Regina, volui Opus hoc inſcribere. Cum enim ipſa ſis & elegãter inſtituta literis, & poßis doctrinarũ ſtudijs ac liberalis eruditionis vſurpatione cum doctißimis quibusq́ etiam contendere: quod in Sexu veſtro & rarißimum profectò & miracli loco habitum ſemper fuit: Mihi verò animus ita pridem obfirmatus ſit, vt huiuſmodi quidem ſcriptionis noſtræ monumẽta ijs dedicare nolim: qui ignari literarum, imò liberali quadam non imbuti doctrinarum noticia, nec quæ ſcripta intelligere, nec de tota orationis forma iudicium ferre poſſunt: etiamſi alio ex ordine, Lucelli ſpes fortaßè quædam affulgere poſſe videretur: iccircò eam ego ſententiam amplexus ſum: vt tibi & literis cumulatißimè inſtructæ Virgini, & Regnorum amplitudine diuinitus ornatæ munitæq́ Reginæ, hanc operum noſtrorum partem voluerim & conſecrare & tradere. Vetus autem eſt, Inclyto Regno Angliæ poſſeßio literarũ: diuq́ & Muſarũ ſtudijs & Eccleſiæ hoſpitium præbet. Itaq́ & in Regibus ipſis quidam fuêre docti: & inter poſtremos nemo certè cũ Inclyto ac Serenißimo patre tuo Henrico Octauo: aut fratre, recens mortuo, incomparabili omninò Principi Eduardo Sexto, eleganti ac perſpicua doctrinarum cognitione poſſet comparari. Nec ſcio an quicquam dignius ſit Regibus: quàm doctrinis ac noticia diſciplinarum antecellere: quo nomine & Sigiſmundus Imperator, cùm ipſe præclarè eruditus eſſet, Germaniæ Principes Electores aliquando reprehendebat: quòd neſcirent Latinè loqui: cùm illi tamen ante omnes maximè, bonarũ ac liberalium artiũ cognitione deberent ſuperare. Certè Ludouicũ Bauariæ Ducẽ Roberti F. ita permouit

oratione

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

oratione: vt is ſibi vergente in ſenium ætate literas non tantùm diſcendas arbitraretur: quo tamen in curſu ille haud infœliciter verſatus eſt: ſed & Heidelbergæ fundatam ab auo Scholam admodum complexus ſit: quam quidẽ primam fuiſſe in Germania Academiam ferunt. Sed hæc amplifica re nolo. Cum enim Maieſtas tua ipſa Hiſtoriarũ lectione delectetur: equidem minimè opus eſt prolixiore hæc orationis ductu explicari.

Præter hanc cauſam & alijs meme eſſe motum non nego, vt Opus hoc tibi, Sereniſsima Regina inſcribetur. Quis enim dubitat Margaretæ potẽtiſsimæ Reginæ & quidem Viduæ facta maxima fortiſsimaq́ tibi & formoſiſsimæ Virgini, & florentiſsimæ Reginæ pariterque fortunatæ iuſta quadam omninò ratione vel exornata tradi, vel aſſerenda poſſe commendari? cũ ampliſsimis fortunæ ſtudijs ad ſummã non tantùm à Maioribus acceptam: ſed virtute propria ac liberali quadam animi ſagacitate confirmatam claritudinem, vtraque profectò euecta eſſe videatur? Multæ autem & Viduis ipſis, & toti omninò generi fœmineo obiciuntur ſalebræ ad obeundã perficiendamq́ eam quæ cuique diuinitùs impoſita eſt vitæ ac conditionis neceſsitatem. Alijs enim aliæ confligtantur malis: & manifeſta eſt improborum petulantia: quæ dum aliquà noceat nec verbis vllis parcit, nec virulentia abſtinet, nec fœdis quibuſdam mendaciorum farraginibus ceſſandum ſibi aut temperandum eſſe putet. Et quidem hiſce delectantur ſtudijs illi omninò maximè, quibus plerunque in iſtam ſceleris licentiam minima ſemper, ne quid nullam dicam, ex vera ratione extitit occaſio. Alijs cùm minimè ſuccedant quædam, gloriabundi tamen venditãt audaciã: & quòd inſultare norint, aut negocium proteruè haud reformident etiam faceſſere: cumprimis laudi ſibi ducunt: eaque animorum peruicacia, ceu geſta benè re, luxuriant, plaudunt, rident. Aduerſus horum ſtudia, nequitias & inhumanam animorum linguæque concertationem manifeſta & præſentia Dei eſt, & nullis inuoluta ambagibus defenſio. Cum enim hunc contemnunt Sexum faſtuoſi quidam & inuidia exagitati: Deus ipſe, qui et ordinis in natura author eſt, & Imperia qui-

bus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

bus vult tum & tradit ipſe tum & ordinat: patronum ſe contemptis & defenſorem præbet: Viduarumque ac virginum ita cauſam aſſerit & vindicat: vt neq; hæ deſertas queri ſeſe queant: & iſti iuſto quodam malitiæ euentu iuſtoque ſupplicio, calumniarum atque inſultationis acerbitatem ſibi compenſatam eſſe experiantur. Profectò obtrectatoribus quibusdam qui virulento ſubinde & Margaretam noſtram & alias ſunt ſcommate inſectati, compertum eſt, rem infœliciter omninò ſucceſſiſſe, adeò vt alijs infamiæ opprobrio: alijs vitæ exitu infauſto & deplorando pœna iſta ingratitudinis & petulantiæ egregiè perſoluta ſit. Infirmo autem Sexui fortisque ac ſapiens opitulatur Deus exercituum: nec tantùm ab illo calamitatis metu vindicat: ſed & conſilia gubernationis adminiſtrat, vt contra & voluntatem improborum, & ſuſurronum expectationem res ſuas & fœliciter geſſiſſe & animosè me hercle perfeciſſe videantur. Verum autem eſſe ſcio, quod in Colloquijs Moralibus à nobis ſcriptum eſt, Animo non Sexu Imperia gubernari. Nec ſcio an non vt tranquilliſſima ita & commodiſſima fuerint imperia, quæ ſuprema Sexus huius authoritate adminiſtrata ſunt. Præfuit aliquando Danis Hettha Virgo: quam vt communi ſuffragio ſceptris admouerunt: ita cùm illam poſteà quidam modeſtiſſimè imperantem ab aliqua gubernationis parte remouiſſent: duram ſequentis Olonis Tyrannidem atque acerbitatem perferre coacti ſunt. nec diſſimilia ſunt exempla in omnibus penè hiſtorijs, quæ etiam hac de re diligenter aſpiciantur. Hæc non eò pertinent, vt collatione quadam examinem imperia: ſed vt ſapientiā Dei ac bonitatem magnifaciam: oſtendamq; non minus præſentē potentemq; eſſe Deum vel Vidua Principe, vel Virgine Regina ad perficiendam eam quam gentibus virtute pietateque præſtantibus adferre ſtabilireque cogitat fœlicitatem: quàm virorum manu: qui vt ipſi de ſe interdum præſumunt etiam audacius: ita minus ſubinde poſſunt ad virtutem: cùm & temeraria plerunque ſit oſtentatio: & partem iuuet iſtam Deus, quæ vt recti conſcientia, pietatisque profeſſione lucrari cœlum, ita bonorum approbationem virtute atque innocentia demereri poſſe videatur. Huius rei teſtimonium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

ex iſta Margaretæ hiſtoria luculentum profectò & perſpicuum petendum eſt. Scio autem me longius prouectum eſſe oratione: ſed dicenda hoc in loco iſta erant, vel ad Tranquillitatis commendandum vſum: vel ad prædicandum Dei erga inferiorem Sexum ſtudium, fauorem & bonitatē. Non enim ducor adulationis atque aſſentationis fœdiſſimis præſtigijs, quæ & ingrata Deo, & naturæ indoliq; meæ longè ſunt inimiciſſima: ſed quod verum eſſe ſcio, ingenuè etiam nulloq; pudore confiteri audeo: vt vel ſic & viris moderatio, & fœmineo ſexui induſtria, timor & pietatis cura cumprimis poſſit perſuaderi. Poſtremò cum eam animi beneuolentiā qua Maieſtas tua & noſtrum Regem hactenus, dignum profectò fauore imperioq; principem: & gentem Danicam complexa eſt conſidero: equidem non id præter officium admitti fieriue poſſe ducerē, ſi hanc & animi tui ſinceritatem agnoſcant omnes: & coniunctionis beneuolentiam publico ſcripto aliquis & teſtaretur & celebraret: hancque adeò quæ nunc & Regnis tuis & populis noſtris eſt, animi neceſſitudinem, perpetuo officiorum mutuiq; præſidij vſu ac declaratione conſiſtere frequentarique ac perdurare poſſe deſideraret. Iſti rei & hanc nos opellam etiā adiungimus: quæ vt tibi placeat, & oratione ſanè & omnibus animi ſtudijs contendo. Opto autem vt & tranquilla tibi ſit regni gubernatio: & quæ optanda prætereà ſint fœliciter tibi omnia atque ex animo ſuccedant,

Inſcribantque ſuis hanc laudem faſcibus Angli:
Anglica quòd Regum culmina Virgo gerat.

Ita enim alio quodam in loco de tua Maieſtate à nobis luſum eſt. Filius Dei & te incolumem conſeruet: & conſilia adminiſtrationi vtilia impertiat: & eos deniq; qui honeſtis ac ſalutatribus curis leuiorem tibi reddant gubernationis difficultatem, foueat, tueatur & protegat. Vale.

Francoforti ad Mœnum 8. Septembris, Anno 1573.

Maieſt. Tuæ
addictiſſ.

Cimb. Eraſmus Michaëlius Lætus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

MARGARETICORVM

LIBER I.

ALBERTI Sueonū fremitusq́; ac prælia Regis,
Magnanimosq́; Duces, excitaq́; gentib. arma
Fortunęq́; dolos canimus, populumq́; ferocē
Conſertamq́; manu pugnā, quo Dania bello
I mpoſuit rigidis haud mollia vincula Gotthis.
M uſa mihi cauſas tantiq́ue exordia belli,
F atorumq́ue vices memora: quid in arma potentem
A rctoi lateris, fortiſſima pectora, gentem
I mpulit, ac meritis immerſit cladibus vrbes?
S cilicet audaci cum iam ſuperanda Gradiuo
A ut delenda fuit Stygio gens ædita partu,
O ttomani ſoboles: quæ circum ditia ponti
L ittora crudeles populis immittere dextras
C ertat, & immani cumulare cadauera bello:
B ella geri placuit: quæ nec ſua præmia facto
S int habitura: nec optatos inferre nepotes
I mperijſúe queant, firmiſúe adiungere regnis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H æc eſt ingenij petulans contentio: qua ſe
H umanæ intulerint ſcelerata in funera gentes,
P errumpuntq́ue gradus magnæ virtutis, & alta
O cia confringunt, quaſſantq́ue palatia ferro.
I n præceps igitur rerum ſors maxima certo
V oluitur impulſu. cumq́ue in faſtigia ſplendor
C reuerit, ac varijs onerarit regna triumphis:
P rotinus è ſummo miſerandos culmine lapſus
V rget: & vt facto rurſus petit ima fragore,
E xtremiſq́ue infert nutantia ſceptra ruinis.
N il fati conſtantis habent mortalia, quaſſis
I nſiſtunt etiam quæ ſunt firmiſſima plantis,
E t ſe mole premunt, caſumq́ue agitata minantur,
C eu cum ſe volucri ſuccuſſat teſſera motu
D um fallat cupidos & ſpe lactarit inanes:
S ic varias fortuna vices vbi ſpondet, acerbo
P lerunque euentu quæ ſunt ſperata coronat,
E t quæ firma diu fuerant, ſubuerſa refringit.
A ſſyrio quantum roburq́ue ac gloria mundo
T um fuit, eois Babylon cum læta Monarchis
E ximias vulgauit opes populiſq́ue timorem
I ncutiens latè dominatum ſparſit, & omnes
C ædibus impleuit preſſitq́ue Tyrannide gentes?
Q uid tamen è tanto rerum ſplendore: quid hiſce

Fortunæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F ortunæ titulis reliquum eſt? è nomine terras
H as fortaſsè ſuo deiectaque culmina noris:
C ætera barbaries iam pridem inuaſit, & omnes
O ccupat hoſtis agros fœdaque libidine regnat.
Perſepolim magnis habitatam Regibus vrbem
V ertit Alexander: ſcortique ad iuſſa furentes
Aedibus iniecit nitidis temerarius ignes.
Q uid mirêre? poteſt tantum fortuna ſceluſque,
C um rebus properat finiſque ac meta: graueſque
A ttrahit hora manus, & inurgent fata ruinas.
Quid modo Cecropijs ſolum niſi nomen Athenis
R eſtat, & è veteri tenuis ceu gloria bello?
C um tamen vna quidem ſacras vrbs Attica Muſas
S ic plerunque colat: nihil vt prope maius honeſtis
A rtibus hac inter cultas inueneris vrbes.
V t nihil imperium lati maris, atque Mineruæ
C ondita templa deæ: nil claris reddita factis
P ræmia commemorem, graijſque dicata Lyceis
A tria, & æternos redolentia tecta Poetas.
Quid magna maius Troia? quid diuite Roma
C elſius? in cineres tamen alta palatia, muri,
Ae rat æque domus, laquearia, tecta, tabernæ,
P orticus, ac grandes pridem ceſſere Coloſſi.
D enique Thebarum portæ, Cadmæa, Saguntum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S partaque,& excelſæ ſteterant Carthaginis arces.
Q uas euertit opes vel ſola Superbia diris
I uncta odijs: vel luxuries funeſta profano
E xagitata malo, vitijsq́ue onerata malignis.
A ſſyrio rapuit Mœdus diademata: Mœdum
A fflixit Perſes: Macedum rex mœnia Perſis
S trauit,& huic rurſus frænum impoſuere Quirites.
L imes enim poſitus celſis eſt faſcibus, vltra
Q uem tendi nequeunt faſtigia. Iuppiter omnes
O rdinat ipſe gradus: quantumq́ue excreſcere muros
P roferriq́ue velit, tantum decernit: habenas
A diungit ſceptris, fatoq́ue palatia munit.
Quid Crœſo Lydos inter fœlicius? aucto
C ui fortuna dedit cumulos numerare metallo,
E t grandes auri conferre in pondera maſſas?
C um tamen hic ſtolido mouiſſet bella tumultu
E xcuſſus ſolio eſt, regnisq́ue exutus auitis
T ranſitum crebris gemuit ploratibus Halym.
Sed quid ego hęc tandem calamis externa proculq;
C onquiſita ſequor? mihi penè domeſtica certas
S uppeditant exempla vices, longamq́ue monenti
O bijciunt telam. Sueonum Rex ſceptra gerebat
A lbertus: qui Vandalico de littore princeps
I n Boream varia populorum voce rogatus

Venerat:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V enerat: vt claræ meritis dux aduena genti
I mperet, ac Geticas moderetur legibus vrbes.
H uc tamen accito regnandi tanta libido
E t tam dira fuit, vicina vt carpere regna
E t bellis tentare viros, prædamq́ue tueri
H aud dubitarit. ineſt animis plerunque ſuperbis
I n præceps ſtudium, fatoq́ue vrgente feruntur
I n quoſcunque vocat Rhamnuſia iuſta dolores.
H aud igitur ſatis Alberto liquiſſe paternam
M agnopolim fuerit: nec Gotthica prædia vaſto
I ntercluſa mari diteſq́ue onerata colonos,
E xſatiant auidam concepta in prælia mentem.
D anica ſed vano cœpit temerarius auſu
C ulmina ſortiri: partamq́ue labore quietem
R upit, & obductos iam pridem ſuſcitat ignes,
S tultus: qui quantum motis Deus inſerat armis
A ut dubij euentus, aut certa in damna pericli,
N eſciret. Sed enim ſubitos expertus honores
I mperij, & tantas præter ſpem vectus in arces,
C um fortunæ etiam nunquam inclinanda timeret
P ondera tanta, nec inſtabiles horreſcere greſſus
P oſſet, & haud dubios in certa pericula motus:
C oncipit ingenio flammas, atque aduena criſtas
E xerit ingentes: vicinaq́ue ſceptra nefando

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S commate,& effræni populos ſermone notauit.
Q ualia non cauto proflant è pectore ſortis
H umanæ immemores,cum pœna propinquat,agitq́;
I n ſua fata graues ſuperûm lex æqua Tyrannos.
E oï vitam quis neſcit & acta Monarchæ,
C ui probrum linguæ blaſphemaq́ue pectora,ſerum
I ntulit exitium : nitidæ cum ſedibus aulæ
P ellitur,ac triſtes cumulare doloribus annos?
Q uem non inuiſo commouerit ore Nicanor
R abzaſeſq́ue furens? contempſit & æthera vano
S almoneus ſtudio, qui ſtructo fulmina ponte
E t tonitru molitur,equoſq́ue per Elidis vrbes
I ncitat,ac flammas agitata lampade quaſſat.
E xcidit Herodes ſolio,crudele Tonanti
P ectus:vt æthereos captat malè ſanus honores
I nſultatq́ue dijs votoq́ue applaudit inani.
H æc igitur ſuperûm cura eſt, hæc fœdera cœlo
I mperitant,ne quid vel inultum iuſta relinquant
N umina,vel tenui perculſum vulnere ſæuis
O bijciant fatis,vitæq́ue in lumina mittant.
S emper enim ſors rebus ineſt contraria magnis,
E t magnas in fata trahit conuerſa ruinas.
H aud tamen Albertus,Sueonũ dũ præſidet aruis,
C ulminis incertos,ludibria maxima,caſus

Fortu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F ortunæúe dolos metuit. quæ lubrica quamuis
S plendeat, ac lætos obuertat in omnia vultus,
P romittatq́ue tuis non irrita fœdera ceptis:
I ngrato fallit curſu tamen: attrahit omni
V ela manu, propterq́ue oculos tibi cæca tenebras
O bijcit, ac duros fert in tua vulnera dentes.
B landitur, magnosq́ue etiam te firmat in auſus
P ercellitq́ue animum ſpe rerum diuite: ſed tum
I nſidiaſq́ue doloſq́ue ſtruit. diuûm vnica, quæ quod
O btulit, incerto prorſus ſub iure reuoluit:
I mpatiensq́ue boni ſubitos lætatur ad ignes,
Q ui tua celſa vorent, laudataq́ue culmina ſternant.
E rgo vbi ſe primis populorum motibus infert
A lbertus, primosq́ue capit ſecurus honores
M agnopoli accitus: propero ſe fœdere ſæuis
C oniungit Sueonum ſtudijs, iuſſasq́ue profudit
N oſtra in regna minas Danosq́ue paciſcitur hoſtes.
C eu fama Hannibalem memorat, cũ motus ad aras
C oncipit in Latios hoſtilia vota Quirites:
H aud ſecus Albertum ſceptro iuraſſe vetuſtas
P rodidit, in Danos moturum prælia, quà ſe
E xplicet in tantos occaſio prima labores
I nuitetq́ue manus ponatq́ue exordia bellis.
A uulſas regno partes, & Scanica rura

Reſti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

R estituat. capit hæc tanti primordia regni
R ex Sueonum, diroq́ue ſtruit ſibi funera voto,
E t malè iam primis conſultat in vltima factis.
V t tamen accedat patrijs inſtructior armis
C ontrahit actutum populos, & milite duro
O ccupat imperij faſceſq́ue ac iura: ſimulq́ue
Q uæ decreta forent, diuturna in vulnera mittit.
P rincipio Magnum, pridem cui Suecia regi
S ubdita multiplici cumulabat funera luctu,
A ggreſſus, conducti operis crudelia iecit
I nijcia, & patrios ſacrauit cædibus enſes.
I d ſceleris poſtquam ex animo ſucceſſit, & omnes
I ntulit optato numeros, mora nulla quietem
D iſſipat, ac ſtudijs quantum licèt otia rumpit.
V tque nihil fruſtra tentauerit omnia, Danos
P ræcipuè ſpectare oculis, pacemq́ue vetuſto
I nſectari odio: paulatim feruidus omnem
E uomit in noſtros bilem, ſannaſq́ue ſalaces
A ccumulat, riſuſq́ue mouet: iuueniliter vſus
S ucceſſu populiq́ue minis, cui fœta ſuperbum
A c varium natura dedit conamine pectus,
E t iacere in noſtras opprobria triſtia gentes.
P ræcipuè ſi magna quidem exoriatur honorum,
A ut placidæ cupidos ſtimulet contentio laudis:

Tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T um verò affectus mixtæque furoribus iræ,
C lamoresque minæque notis petulantibus auctæ
I ngentes cieunt fluctus, totumque profundo
Ae quor agunt, ſubitisque malis certamina ſpirant:
E t velut incenſos proflare è naribus ignes.
Q uin nonnunquam etiam famoſis plurima ſcriptis
N omina complexi totas in iurgia gentes
A tque in bella mouent, leuibusque immania cauſis
S upplicia accelerant, flammamq; è fomite gignunt.
C um velut aërias tenui ſpiramine primùm
V entus init ſyluas, ſummoque cacumine molles
E xercet flatus: tum ſeſe effundit in auras
S ibilus, ac leni percellit culmina pulſu.
M ox tempeſtatum fremitusque furorque procellas
C ommouet, ac totos diffundit ab æthere nimbos
I ngentesque iacit curuata in littora fluctus.
H aud aliter paruo ſurgunt exordia motu
Q uæ magnas deinceps clades, & multa ſubinde
D amna ferent. Diuis olim ſacrata vetuſtis
R obora, & antiqua ſub relligione virentes
Q ui Megaris Iſtmoque colunt, ſubuertere quercus.
Q uid paucis minus arboribus? tamen omnibus vna
I ntulit hæc Graijs ſubitos occaſio luctus,
A rgiuasque ſuis immerſit cladibus vrbes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T yndaris aſpectu Paridem commouit: & ignes
P rotinus iniecit Troiæ: tum regia ſtrauit
C ulmina, tum muros excelſaque Pergama vertit.
V ſque adeò leuibus ſcintilla excita fauillis
I mmenſas comprendit opes, ſyluaſque feraces
V aſtat, & elatas è culmine deijcit vrbes.
Iamque diu belli poſitis victoria ſignis
E xacto ſtabat Magno: pax alma bonisque
E xoptanda quies, cumulataque fructibus omnes
G otthorum poterat terras impleſſe videri:
C um Suecones petere arma iubet bellisque parari
A lbertus, ſubitisq; implet terroribus omnem
V etteri Venerique lacum, tumidoque fragore
E xcitat, ac miſero percellit rura tumultu.
A udijt inuiſos emoti principis æſtus
A udacesque animos, & iuſſa infauſta ſuperbi
P rincipis: auditasque horreſcit Suecia voces,
G nara mali ſortisque ſuæ longique doloris,
E t ſibi quæ varijs iam colligit omina damnis.
I lla diu celſos inter latiſſima montes,
C incta Deo pelagique vndis numeroque colonum,
B ellorumque peroſa faces ſpectabat honeſti
F œderis euentus, pacemque expoſcere regnis.
E rgo vbi conſuetis intenta laboribus audit

Ruſtica

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

R uſtica turba minas,lituosq́ue inflarier,& iam
C laſſica dira cani: conſcribier agmina Danos
O ppreſſura,gemit: digitisq́ue elapſa remiſſis
A rma cadunt,quibus arua colunt: vomerq́ue ligoq́;
E t falx,& grauibus coniuncta fidicula raſtris.
Non tamen Alberto mens fracta eſt effera Regi
N ec turbare animum cœlo conſpecta ſereno
V iſa queunt. nunquam tam crebri turbinis atros
D eſæuire globos: Ventorum impellier ignes
S yluarumq́; comas quatere,& proſternere Quercus.
L atrauêre canes: feralia carmina bubo
I nſonuit: ſummisq́ue in montibus vrſa gemiſcit
I nſolitum: Lupus humentes vlulare per agros,
O ppidaq́ue irrumpunt,circumq́ue ea tecta vagantur
G raſſantes,atrosq́ue ferunt in corpora rictus:
Q uid mare cõmemorem, tumido quod littora fluxu
T ranſgreditur,lateq́ue furit trepidoq́ue boatu
C ommouet humanas ſtupefactaq́; pectora mentes?
Q uin cœlum noua vis agitat,tenebræq́; facesq́ue
C urrentes: arſit funeſtus cæde Cometes
I ndicioq́ue grauis.quis chaſmata crebra, quis ignes
E fferat inſolitos? diſploſa tonitrua ſæpè
F lammeus inſonuit variatis vultibus æther:
E t miræ rerum facies ſubitisq́ue per auras

M otibus excurrunt: crebroq́ue volumine plures
N ituntur Soles & ſparſi ſanguine lugent.
D enique multiplices aperit natura tumultus,
D iſcurruntq́ue faces cœlo: cruor imbuit vndas:
E t medio lucere die ſtellaſq́ue deoſq́ue
F ata dabant, triſtesq́ue viris nox intulit vmbras.
Tempus erat cũ Phœbus equis properantibus orbẽ
T enderet in medium, longoq́ue euectus ab ortu
M axima captabat ſuperi faſtigia mundi:
H îc ponè Autumnus calcatis ſordidus vuis
P ronior inſequitur, floresq́ue, comaſq́ue labantes
D ecutit, ac ſummis celerans æſtatibus inſtat:
C um numero procerũ Rex diuite cinctus honeſtam
S tocholmi circum rigidiſſima tecta coronam
E ducit, latiq́ue etiam veſtigia montis
C onſcendens miratur opes quas Suecia paſſim
C ontrahit, ac magno populorum colligit vſu.
A ut quis, ait, noſtræ iam neſciat vrbis & alti
I mperij fructus? iam Suecia floret, habetq́ue
P ræcipuas inter pulcherrima nomina gentes.
S cilicet hanc ſuperis curæ eſſe potentibus vrbem
A tque hæc regna vides: qui nunc tibi maxima diti
C ommoda lance ferunt, plenoq́ue per oppida cornu
P erficiunt. olim triſti caligine totas

Impli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I mplicuit Vetterus aquas, tenebriſque diurnis
H æſit, & obſcuras effudit gurgite lymphas.
A t noſtra claro iam tempeſtate meatu
E xonerat ſibi ſe, ripiſque nitentibus exit:
E t ſua iam grato dilatat flumina curſu.
I d nos, id Sueonum genti atq; hæc commoda ſoli
A ttulimus. noſtra eſt quæ nunc induſtria Gotthos
E rigit, ac patrias inſcribit honoribus vrbes.
O lim ignota quidem & nullis ceu cognita factis
O ra fuit. nunc noſtra opera noſtroq́ue labore
E t virtute cluit. fœlicibus ædita fatis
P rogenies, quæ vos fœlices reddere poſsit:
E t commiſſa ſimul nullo prohibente tueri.
Q uin noſtras etiam contra nihil hiſcere vires
Q uiſquam auſit. vicinæ equidem nunc vndiq; genti
T errorem incutimus. paret fortuna volenti,
E t latè imperio fruimur. dabit improba pœnas,
Q uæ ſtudijs noſtras turbat mihi fœmina ſortes.
Sic ait, ac ſtultis onerat fera guttura dictis
E xultans, veterumq́ue ingentia prælia Regum
C arpit, & haud molles obuertit in æthera rictus.
E t tamen has voces atque hæc non iuſta probabant
D icta canes: dominum qui iam comitantur, & eſſe
F ortunæ pars magna volunt, atque ocia damnant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C um ſubitò liquida celeres proferre volatus
A ccipitrem ſub nube videt, magnoque rotatum
I mpulſu corpus præceps egiſſe, diuque
O bſcura veluti perculſum valle morari.
H aud ſecus è phario quàm ſi demittitur arcu
T orta ſagitta, volat tenues dilapſa per auras
E t faciles pulſa dirimuntur arundine venti.
M iratur tantos agitataque corpora motus
I nfamemque fugam: miratur turba volatus
I nſolitos. nec enim ratio eſt, ceſſiſſe ſuperbum
C urſibus Accipitrem: rigidos ita ſtrenuus hamos
E xplicat, ac forti prædas agit obuius auſu.
V tque ſtat: ecce ruens ceu magna è cæde columba
I nſequitur fugientis iter, pennaſque coruſcat,
E t feritate ſuos criſpat metuenda volatus.
N ec mora conclamant ſpectantes viſa Tyranni,
C onclamant Proceres: tumido Rex infit ab ore
P rimus: & augurio cum miſcet inania, ludit
C allidus, ac grandi ridet ventura cachinno.
A ut quis auem Veneris iam neſciat? Expetit vltrò
A ccipitrem: propterque thoros furit illa iugales.
N unc etiam timidi venient ad pocula Damæ,
I ungenturque lupi canibus: ſæuoſque Leonum
A rdeat amplexus, & fœdera mollis inibit

Agnicu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A gniculus, geſtitq́ue loquens plauditq́ue iocando
N eſcius, ac facilem deuibrat in æthera dextram.
Heu quantum cæcæ mortalia pectora noctis
O ccupat, ingenio deludere docta ſagacis
N aturæ vires: quodq́ue in contraria ſignum
P ertinet, in ſua iam conuertere commoda poſſe.
H îc igitur tumido ſubſeruit turba Monarchæ.
E xtollitq́ue iocos, vocesq́ue in ſidera ſpargit
L uxurians. circumfundunt ſe in vota manipli
M iranturq́ue ducem, ſtudijsq́ue accendere riſus:
C ùm ſubitò medios rupit Fickfindius orbes
A mouitq́ue manu ſtupidi ludibria vulgi,
A tque iter ad Regem celerat: ſeu percitus aſtris
I mbutusq́ue Deo: ſeu rerum ſorte vetuſta
P rudentisq́ue animi monitis in fata coactus,
T alia conſtanti ſubigebat pectora dicto.
Rex tibi læta graui ſaliunt præcordia motu:
I ncenduntq́ue canes animum: quibus aula beatos
H æc tua larga dies, & honoribus inclyta ſpondet.
A t non par virtus agiles ductare choreas
P oſcere plena mero nitidis carcheſia palmis,
I n longos proferre dies inſomnia, Bacchum
E ructare grauem, dapibusq́ue onerare palatum:
E t benè conſilijs tibi proſpexiſſe beatis.

Longo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

L ongo equidem hæc inter ſe limite munera diſtant,
E t gradibus ſemota nihil confinia tangunt.
P laudentes quòd enim prædicant proſpera, iungunt
Q uæ natura ſuis diſiunxit legibus arma.
H aud tibi coniugium aut leuibus pete fœdera ſignis,
N ec res ſperato tam dura hæc ſeruit amori.
B ella tibi Rex, bella ferunt, ita digerit ales
C ypridis iſta notas, ſuſpenſaque pectora terret.
V tque tibi conſtet quo venerit hoſtis ab orbe,
T entatos auibus cœlorum ſuſpice tractus,
E t quibus iſta plagis commiſſa eſt pugna, videto.
H eſperia ſiquidem delata è parte columba,
H eſperijs aliquem regionibus affore monſtrat,
Q uem tibi velocem ſtatuet Deus arbiter hoſtem.
A c nihil vt cælem, quod Dij prius omen in ipſam
C onuertant, etiam clades tibi ſola minatur
F œmina, quæ noſtris non ſcit dare terga ſagittis
V icta, nec in vanos mittit ſua tela receſſus.
H actenus ingrata dicentem plurimus aure,
S uſtinet ordo virûm. Seclo Fickfindius iſto
M agnus vtroque quidem merito fuit. æthera Vates
C um ſequitur, ſacro ventura ſagaciter igne
I mbutusque dijs monuit, nuſquamque fefellit.
A t ſi quam patria pro libertate ſubirit

Interea

I nterea ſortem, nitidiſq́; alluſerit armis:
M ilitis egregij præſtabat munera: promptus
I n iaculum glomerare manus, gladioq́; coruſco
R umpere Thoraces, peltiſq́; inſiſtere ſaxo.
S ed Vates melior, quia quod prædicere poſſet,
V ertere non poſſet, nec fata inuiſa retardat.
I nfremuit Rex dira tuens: oculoſq́; reflexit,
I rarumq́; feros voluit ſub naribus ignes.
T um verò accenſum Proceresq́; ac turba mouebant,
I nq́; odium Vatem rapiunt: quem vera locutum
E tſi conſtabat, tamen hijs ne vera locutus
E ſſe putaretur, propria tum voce Tyrannus
C orripit, ac ſæuis pœnam ſermonibus addit.
E t tibi quis tantas Ficfindi in pectora curas
I mproba coniecit? nunquid ſapientia magnos
V icerit iſta Deos? cœlúmne in vincula mittas?
S cilicet egregio ſine te nihil optima mundo
N umina decernant? te conſultore gubernet
I uppiter, ac aliquam cœli tibi credere partem?
C onfiſus ſedenim fama & ſermone diſerto
R egibus obgannis: quæq́; in mea cōmoda vergunt,
F utilitate premis, dictoq́; inceſſis amaro.
A t tibi nequicquam ſcelerata licentia vocis
P rofuerit: neq; me cupidum metus iſte retardet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I re iuuat, Martemq́; armis inferre cruentum,
E t bello tentare domos, populumq́; rebellem
D anorumq́; greges noſtris cumulare rapinis.
T u reſides animos effractaq́; pectora tecto
C onde tuo, nuſquamq́; pedes, non plena timoris
B rachia detuleris. mea ſunt mihi cingula forti
D iſtribuenda viro, poſita formidine vulnus
Q ui ſpernit, gladiosq́; rotat, ſcutoq́; ſalutem
S perat, & optatos patriæ dat habere triumphos.
A bſtineat bellis cui ſola palatia curæ,
C ordaq́; conſpecto trepidant agitata cruore.
E t cum me reducem proſtratis hoſtibus arma
E xterno detracta duci, ſpolijsq́; ſuperbum
A ſpicies noſtris inferre dicata trophœis:
Q uas tibi, quas petulans meruit facundia pœnas
A nxius expectes, nunquam te impune locutum
A udiet, aut noſtris illuſerit aduena regnis.
S ic ait, ac tumidas fudit ſe Albertus in iras,
E t medium dictis monſtrat petulantibus vnguem.
S cilicet indomitos quo pridem more Leones
F abula docta refert lepori auſcultaſſe magiſtro,
C ùm legum formas & vincula conderet aulis.
S ic monitus audire virûm ſueuiſſe Tyrannos,
E t fremitu terrere bonos, rectisq́; minari.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N on vinclis,non ſe virtutum lege teneri
N on ratione putant: gelidis ſubmerſa tenebris
C orda gerunt. Nihil his ploratu dignius,aut ſe
Q uo magis inflectat meritæ pars magna querelæ.
I nterea tumido dum Rex ſermone profatur
M ultiplicatq; minas, Vatem furibunda laceſſit
T urba iocis,aliquaq́; virum ratione fatigat.
I lle nihil contra,niueis ſed lumina palmis
D etergens,paucis ita regi vocibus infit.
N ec mihi degeneres animos timor, inclyte Regum,
I ncutiet,metuam noſtris vel vt hoſtibus ire
O buius,& faciles æquare in vulnera dextras,
F rangere tela manu,claræúe occumbere morti:
N ec tibi iudicio depugnem. grata beatum
S i tete patrijs referat victoria regnis,
V tere conſilio ac rerum ſucceſſibus,& me
D ede neci,cumulesq́; meo tua bella cruore,
H ancq́; adeò ſtolidis ſummam conatibus addas.
M ota manus procerũ eſt,fremitũq́; dedêre miniſtri.
I pſe equidem tenui deluſit ſeria riſu
A lbertus, quaſſansq́; caput conceſſit in vrbem,
I nſtauratq́; thoros epulis,ac plena coronat
P ocula, & effuſo celebrat conuiuia luxu.
R egia Suecorum ſublimibus ardua tectis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t trabibus contexta coit:quo more nitentes.
G otthica turba domos,& amœni culmina ruris
E xtruit, ac denſo lignorum pondere firmat,
A rtifici variata manu . tum lignea moles
E quercu,pinuúe leui,abietibusúe reſectis
A tq; incruſtatos referentibus ordine nexus:
N unc ſaxo murisq́; rigens,vbi cultior æuo
S urgit honos,lateresq́; ferax induſtria iungit.
H îc ſuſpenſa igitur pretioſis inclyta gemmis
O rnamenta vides : quoties conuiuia genti
N obilibusq́; parat. ſurgunt aulæa ferarum,
I ngentesq́; tapeta ferunt ad culmina formas.
D eniq; cælatis argentea pocula cruſtis
A tq; auro decorata locat. ſtant ordine menſæ
O mne genus,celebres quæ mittunt vina falerni.
H uc gentem populosq́; vocat procerumq́; coronam
I nuitans. blando rex accipit ore vocatos
C ollaudatq́; duces,conſidere & ordine iuſſit,
I mpatiensq́; onerat menſas,& fercula ponit.
N ec mora,cum multo ſe quiſq; exſuſcitat æſtu
I ncenditq́; ira comedens. extrema per aulam
S parſa manus,quà vicinæ ſtant oſtia pubi
E t primos aditus adapertaq́; limina ſeruant:
V andalicis plerunq; viris conferta,quibus iam

Aſpera

A ſpera parebat neglectis regia Gotthis:
N eſcio quo rixas obſcuraq́; iurgia cepto
M ouerit. inſano res protinus aucta tumultu
P rodijt in pugnos, tragicosq́; excreuit in ignes:
A ſpirantq́; minis furiæ ſua verbera. quidam
I am moto ſtultis certamine vocibus Obbam
V t grandem capit, ac tumida bacchatur ab ira,
V ultibus illiſit ſocij, Bromiumq́; profudit
I nſultans. quid enim ſtupidiſſime Danica noſtris
A gmina nequicquam tentari viribus? an te
V atem etiam ſtatuas, Regiq́; aduerſa feroci
C eu reſponſa loces mendaciaq́; improba ſpargas?
F orſitan è Delo tibi vox aſpirat? at alter
N il Sophiæ voces, neq; grandia dicta moratus
I nuolat in faciem, depexaq́; vellera Suecus
A rripit, ac raptos manibus dat ſerpere crines,
M ultaq́; perfacili glomerat fera verbera pulſu.
C um veluti Lapithas inter ſtudijsq́; feroces
M axima Centauros oritur contentio: plenis
C um feruet poclis, & mens accenſa tumeſcit.
H aud aliter iuuenum furit impetus. ebria pugnis
T urba ruit, frendetq́; minis. conclamat in arma
Q uidam vina manu delataq́; pocula miſcens:
C um Rex concilio & cinctus diademate tantos
O ccupat actutum fremitus, pugnasq́; remouit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C ompeſcens.ipſum iam concertatio Regem
M ouerat, ac ſummas penetrarat feruor in ædes,
C eu fit.res tamen vt nota eſt,in verba iocatus
H as, ait, has pueri nunc intermittite rixas:
Q uiſq; ſibi quod robur alit ventura reſeruet
I n bella, & tumido iam tum eat obuius hoſti,
P roſternatq; leues ignauaq; corpora Danos.
S ed tamen & fortes animos,& fortia laudo
P ectora: ſic acui vires decet.audiat æquor
D ania quo pauet,ac tanta virtute ſtupeſcat.
D ixerat Albertus,fremitumq; hac voce diremit:
C oniungunt iterum dextras ponuntq; furorem,
S ubſidunt iræ.veluti caligine cœlum
C um tegitur,denſaſq; infert ſub nube tenebras:
I ncumbit ponto ventis agitata ſuperbis
T empeſtas:tolluntur aquæ fluctuſq; ſupini
I ngentes ſonitus & dura pericula gignunt.
T um verò eoo ſubuectus ab æthere Titan
D iſsipat inſanos ventorum iurgia flatus,
E t tempeſtates iniectis frænat habenis:
E xturbatq; ſalo tenebras lucemq; ſerenat.
H aud ſecus Alberto pacem ſuadente reſedit
C lamor,ac in veteres iterum ſeſe aula cachinnos
F udit,& è pugnis ſubitò pax læta ſuborta eſt.

C. ERASMI

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

MARGARETICORVM

LIBER II.

CONSEDERE Duces, iterūq́; in pocula verſi,
I nuiſo repetunt turbatas omine menſas:
O fficioq́; vacant poſcendi plura miniſtros.
C um multam interea properato ſidere lucē
E xegit cœlo depulſis Iuppiter horis,
P ræcipitatq́; moras Phœbus: qui prona minatus
I nduit, heſperios curru depreſſus in orbes.
I pſe equidem celſa Rex ſede moratus, & altos
P ectoribus faſtus optataq́; prælia verſans,
E ximio Proceres iam tum ſermone mouebat,
A uguſtosq́; fero ſpondet ſub Marte triumphos.
P ræcipué cunctis riſumq́; iocosq́; ciebat
S pectaclo producta, & in omnes fœmina gratos
D octa ſales, fidibusq́; intendere ſueta canoris,
E t cytharæ fragiles digito percurrere neruos.
O mnibus huc vultus conuerſi ac ora fuêre,

P oſtquam exorſa modos Suecorum priſca referret
G eſta patrum, & veteris reuocata volumina mundi,
P erruptoſq́; manu clypeos fractaſq́; ſariſſas,
E t caneret fuſum diuerſa in tela cruorem.
T um verò ſonitum plauſu comitante dedêre
I nfrenduntq́; viri, & voces in ſidera iactant,
L æticiaq́; onerant animos, votiſq́; ſequuntur.
I lla ducum ſtudijs tantoq́; accenſa tumultu
I nſtat ouans, variatq́; modos & Dorica neruis
I nſerit, atq; graui ſubtendit maſcula ritu:
I ngenteſq́; canit cædes, cumuloq́; fluentes
S anguineos riuos illiſaq́; corpora ſaxis:
S ubuerſos currus & fracta manubria, ſcuto
I mpactos enſes, denſaſq́; è nube ſagittas
C aſſatumq́; polum tenebris, ſudoribus atros
C oncreuiſſe dies, motoq́; è puluere cœlum
S ubſediſſe: graues iuiſſe in vulnera dextras,
S parſa cerebra vijs: iaculo transfoſſa volante
P ectora: multa ſolo & patulis exanguia campis
S trata, redundanti nauiſſe in ſanguine criſtas,
F æcibus & mixtum fluuios auxiſſe cruorem.
A rdua præcipuè cùm prælia Ringo moueret
I n Danos: ſceleriq́; manu & ſtratagemate tantas
O btriuitq́; & vertit opes, patriæq́; trophœum

Tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T um ſtatuit victor, cum lux ſuprema ferocem
D eſerit Haraldum merſitq́; in funera Regem.
H actenus errantem fidibusq́; ac voce ſuperbam
E bria turba tulit. Haraldi nomen vt ore
E xcidit, atq; lyræ vox eſt delata ſub aures,
I ncaluêre animis, tantosq́; in tecta ſuſurros
E t tantos ſtrepitus confuſo murmure reddunt:
V t nihil aut certi quiſquam comprendere dicto,
A ut ita congeſto plauſum dare poſſet honori.
C um veluti alueolis turbant impulſa capellæ
V imina, & impacto ſuccendunt iurgia cornu:
I llæ intus ſonitu & vario ſtridore ruentes
M iſcentur, grauibusq́; tument aluearia bombis.
S ic Proceres famuliq́; fremunt: agitantur inani
T ecta ſono, impediuntq́; alternas ſcommata voces
E t diris ſubigunt in triſtia tartara Danos.
P rotinus in foribus miranti barbara turbæ
C herrilus exhibuit faciles ſpectacla cachinnos.
H ic geminas longis Tilemarchi è finibus vrſas
M ercatus varijs inſtruxerat artibus: vt ſe
I n quoſdam ſinuare modos, & inire choræas,
H ærentes baculo amplexæq́; ea robora poſſent.
R es quæ mixta iocis, vario tum plurima geſtu
E t mouet, & lepido recreat conuiuia riſu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

M iranturq; alij in tales ea corpora flexus
D ucier,& numeris ita bruta aſſueſcere poſſe.
F eſtiuis alij conclamant,effera dictis
T urba,& dura feris incuſſaq; verbera plauſu
I ngeminant. reſonat tantis mugitibus aula
L æticiaq; fremit: nouus in præcordia motus
S erpit, & audaci confirmat pectora luſu.
C ùm ſubitò Albertus gemmatis nobile cruſtis
I nclamans cornu poſcit. cælata vetuſtas
P ocula, magnifico genus id cenſebat honore:
I mpleriq; iubet patrio carcheſia mulſo.
I nde tenens digitis,magnoq; exercitus æſtu
A tq; animis accenſus, in hos ſua guttura laxat
T ota ſonos. Nec enim Procerum ſpectate meorum
O rdo times fragili cladesq; & prælia Dano
M e duce moliri: patriasq; à funere tandem
E ximere & priſcis inſcribere honoribus vrbes.
V tq; mihi mea perpetuas dat creſcere laudes
M agnopolis, mediosq; inter fœlicia Suecos
L ucra ſequor, nulloq; labant mihi pectora motu:
S ic ego perfunctis decerno laboribus acris
P ræmia militiæ: quæ me dare præmia Regem
E t decet,& fortes vos acceptare decorum eſt.
T um veſtras quæcunq; operas memorauerit, vna

Illa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I lla etiam grati pulcherrima Principis, ætas
M unera,& æternos referet virtutis honores.
N ec tibi funeſtos promittas Suecia tantæ
F ortunæ euentus, neq; dura pericula reſtant
E xantlanda viris, quos vel mens recta, vel ipſum
I mperij decus in rigidos commouerit enſes.
Q uid quòd & in foribus libeat ſpectacla tueri,
A rgumenta tuis olim ſucceſſibus? vrſas
I ngentes equidem tenui parere bacillo,
E t quæ iuſſa ſient implere volumina cernis.
I nfeſtas naturæ operas ſi cogere poſsit
C ura hominum: cur non conceſſerit æmula noſtris
F œmina conſilijs, Sueonumq́; coacta phalange
O ptatam noſtro ponat ſub faſce coronam?
Q uid quod & inſtructũ numeroq́; & gentibus olim
I nuaſiſſe ferant Haraldum Gotthica Regem,
E t ſæua tentaſſe manu confinia Danum?
Q ui quanquam læto bellorum Marte Britannos
T heutonicosq́; duces Romanaq́; vicerat arma:
H is tamen eſt armis & Sueco milite victus:
C onceſſitq́; ſuo faſcesq́; & bella nepoti.
M axima tum noſtræ parta eſt victoria genti,
E t Sueonum ſuccreuit honosq́; & gloria regno.
H æc equidem à magnis accepta parentibus arma

A cceptumq́; decus, nunquam me principe perdet
S uecia, nec tantum fruſtra hauſerit vna cruoris:
N on tantos titulos, neq; fortia facta ſuorum
A mittet. nobis etiam ſunt robora, firmæ
I n gladios vires: ſtupet haud formidine pectus:
S ed nos tela manu ac rigidis glomerata lacertis
S pargimus, & noſtro celerantur vulnere mortes.
V tq́; nihil metuas mutatum ſortibus iri
C onſilium: aut geminos coaleſcere pace ſequeſtra
T errarum populos: vel me terroribus actum
D efugere impauida committere prælia dextra:
E n quod noſtra tenet patrium manus æmula cornu
T eſtor in alta leuans magnorum tecta deorum,
E t iuro: capiti nunquam me deinde cucullo
V ſurum: deuicta prius in legibus addam
D anica regna meis, illamq́; procaciter vſam
H actenus imperio, nuſquamq́; aduerſa timentem,
H is prenſam manibus funeſta in vincula mittam.
S ic ait, ac curui ſpectans faſtigia tecti
E xhauſit liquido fragrantia pocula mulſo,
D elibatq́; dijs. tum multos aula cachinnos
S uſtulit, ac varijs implet clamoribus auras.
I nſonuêre fori, lateq́; perambulat obba
E t pariles cum Rege ferunt in vota ſiniſtras.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C um ſimul effræni gnatonum voce Tyrannus
I ncaluit, circumq́; oculos & pectora verſans
I ntulit in cœlos, motiſq́; ita plauſibus ardet:
S icut vbi à longè ſonitum venaticus hauſit
L atratuſq́; canum: cum iam deprenſa ſequuntur
S igna pedes, pronoq́; legunt veſtigia roſtro.
I lle per immiſſos ſtat firmus in omnia nexus
O fficia, & ſibi iam laxari vincula geſtit
I mpiger. haud alio tum more Tyrannus ouantes
E ffundit vultus, animiſq́; calentibus addit
I pſe faces, Iuditq́; iocis, & ſeria fingit
I mpatiens. medios inter cum nomine quidam
G reuerius, Tuiſcho gentem: qui plurimus ore
P ræſtabat, doctuſq́; virum tractare Monarcham,
V enerat in Sueones, patria multò ante relicta
M agnopoli: quòd egens alieniq́; indigus, vltrò
P romouet incenſum verbis petulantibus ignem.
N unc igitur patrios inter quanquā aduena Gotthos
C onfidens, oleumq́; ac pinguia ſumina flammis
I ngerit, ac Regem ſcelerata voce moratur.
E rgóne crudeles Moſchorum fregeris iras,
F innonibuſq́; tuis tam duro ex hoſte quietem
R eſtituas: vt te victorem fœmina deinceps
T erreat, ac noſtros impune irriſerit enſes?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S cilicet id credam ſuperos decernere, victis
I mperet vt Gotthis mulier? quæ regna viroſq;
S preuerit, ac poſitis cogat parere lupatis?
A urea mortales nonnunquam ſomnia, reſq;
M agnificas ſibi confingunt: quæq; efferus optat
S æpè animus, confecta velit: penituſq; ſecundos
A rdet in euentus ſtudijſq; procacibus inſtat.
C eu nunc iſta etiam nobis Vicina quietis
F ortaſsè, & quanta eſt animi improbitate minatur,
E xpectatq; dari funeſta in prælia tempus:
Q uo tete imperio tantiq; è culmine regni
E xigat, ac auido ſatiat fera pectora bello.
P roh ſuperi. Quid enim? mutatum ſortibus iri
P lurima naturæ ſpectabis ſemina, preſſos
Q uin etiam canibus miſcere cubilia Damas,
C oniungiq; lupis tribuet natura moloſſos.
C redo ego fœmineum nulla genus arte metuúe
C ogier, vt recto quæ ſint coniuncta ſequatur.
T antum labis ineſt animis, tam cæca procaxq;
M ens agitat molem ſceleratáq; pectora verſat.
V tq; aliàs aliud ſileam: nónne Oſtenus ipſam
P ons moneat, quantum iam Suecia robur in arma
T raxerit, ac quantas ferat in ſua prælia vires?
S cis ipſo te abſente, quibus tum cladibus hoſtem

Affecére

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ffecêre tui:cum miſſo in vincula Magno
A bſtulit Hacquinum trepido fuga parta receſſu
E t cladem ſentire dedit:Nortuegia facto
Q uo miſeros traxit diuerſa in mœnia luctus.
Q uin tantas etiam nihil hîc valuiſſe phalanges
M irari poteras: ſi non ea cornua Danos
E xpleuiſſe viros auxiſſeq; robora ſcires.
A ttamen haud dubitat Margreta laceſſere, quorum
S æpius inuictos acceptis cladibus enſes
E ſt experta, parum patrijs ſit dextera ſceptris
N ec ſolido ſit digna bono,quæ clade moueri
N eſciat:inq́; ſuos cumulat fera vulnera ciues:
A ffligitq́; domos ſubigitq́; cruore penates.
A ut quid Viſmarici repetam tibi fœderis acta,
C ondictasq́; recens operas: vbi mutua claros
I uramenta Duces ventura in prælia ſtringunt
C onſociantq́; quibus voto res pacta ſecundo eſt,
H aud tibi præſidio tentanti maxima turmas
D efore Vandalicas.ſaltem tibi certus agendi
E t modus, & properans animo ſententia conſtet.
I amq́; adeò acceſſit numeroq́; & robore miles
T euthonicis accitus agris, manus impigra: plures
M ox aderint,cùm te memoret certamina rumor
O rdiri, & rigidas conferre in bella bipennes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N ec tibi vel diſpar Sueonum ſententia: vel res
I ncutiet funeſta metum, ſua prædia Gotthi
A ut colere, aut numeros poterint implere ſequentes.
N os te Germani, Danorum in culmina Regem
P onimus, & triplici cingemus tempora lauro.
E ia age quas olim referat mihi Suecia grates
Q uodúe decus? cum te triplicis diademate regni
O rnatum cernent Hafnenſia tecta Tyrannum
I nceſſu luſtrare tuo: perq́; omnia tete
C ompita monſtrari, fatoq́; inſiſtere victo?
V tq́; leuis pretij fuerit fortaſſis: honeſtum
I d tamen eſſe putes: ſi tu pomæria regni
S uecorum tendas, protenſaq́; limina firmes.
N ec labor eximius ſupereſt. Nortuegia clades
N unc gemit, at Danos crebo laſſauimus enſe,
E t dedimus vario ſentire ea damna tumultu.
S ic ait: ac molli circum præcordia luſu
A eſtuat, actutum pateram capit, inq́; Lyæum
P ronior, haud opera Danos maiore tumentes
P roſternes: auidiſq́; infert ſpumantia labris
C ymbia, & obuerſo deſiccat pocula fundo.
V irtutemq́; animiq́; altos collaudat honores
A lbertus, cumulatq́; iocos & ſede quieuit.
N ec tamen & parili Sueones ea lubrica plauſu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D icta ferunt.alio meliores pectore tantas
G natonum voces & guttura blanda ſalesq́;
E xpendunt,irasq́; inter gemitusq́; ſilendo-
E xercent curas,animosq́; doloribus implent.
S ed neq; vel diuûm monitus,vel proxima diuis
S igna mouent.lætam ſuaſere Oracula pacem,
T actaq́; de cœlo quercus. quid ineſſe negatis
N umina querceto?priſcos ea nota per annos
E t Freggæ ſacrata deæ,rigidiſſima nodis
S tabat,& haud vlla manibus violata ſecuri.
Q uamq́; Vpſalenſes veteri de more parentum
E t pietate colunt:circumq́; inferre choreas
A ſſueti, donis mulſoq́; ac farre litabant
A nnonæq́; vices,& opimas vbere glebas
O rare,ac patrio deferre piamina ritu.
H uc igitur multa terrarum è parte iuuentus
C onfluxit cultura Deam : tenuesq́; corollas
V t parat, ac ramis innectere ſerta moratur:
T empore quo noſtro Sol proximus imminet orbi
D elibatq́; gradus Tropici borealis,& altos
I n ſua detorquens ſubigit veſtigia currus:
E cce ſerenato funeſta tonitrua cœlo
E xiſtunt:ſubitoq́; metus cumulare fragore,
D euibrantq; faces atq; ignibus æthera complent:

C um ſimul in ſacram dilapſa ea fulgura quercum:
C orripuêre comas, cuneoq́; impulſa ſiniſtro
R obora perfringunt: latoſq́; reuellere ramos
E t medias inter properant ſe inferre medullas.
O bſtupuere animis, ſubitiſq́; horroribus ardent
F œmina virq́; ſimul: quantumq́; intendere vultus
E t lacrymis ſpectare valent, tantum anxia multo
T urba gemit, varioq́; implet confinia planctu.
M irantur ſacrum robur, totq́; ante per annos
I ntactum, ſubitis afflarier ignibus, huc iam
P artem agier vulſam: partem radice teneri
I nfractam. ceu cum tormento pila remiſſo
A cta volant, celeriq́; premunt obſtantia pulſu
D eijciuntq́; ſolo, parteſq́; ſub æthera ſpargunt.
S ic confracta ruit patulis latiſſima ramis
Q uercus, & ingentes traxit dilapſa ruinas.
H inc perculſa metu populis & territa mens eſt:
Q ui quantum ingenio ſatagunt, rerumq́; priorum
A cta vident, tantum cladis ceu certa futuræ
S igna animis capiunt, venturaq́; triſtia narrant.
P ræcipuè iam ſparſa gemunt incendia bellis,
A tq́; hominum tam ſtulta dolent conamina: cùm ſe
H aud pretio certè eximio demergere magnis
C ladibus, & patrias ſtudeant commitere gentes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I lli igitur pacem votiſq́; animiſq́; ſequuntur:
C onanturq́; alijs ita perſuadere: quòd iſtam
R oboris antiqui cladem cœloq́; ſereno
C onfracti, referant maioris fortè pericli
I ndicium: planeq́; dijs authoribus atros
M onſtrari euentus præſagaq́; corda moueri.
S ed neq; dicta virûm, neq; cœlica ſigna Tonantis,
P rincipis inflectunt animum. Gnatonibus aures
I am pridem dedit, & fracto temone ruebat
I n præceps. ſed & externo iam milite gaudet,
I nſipiens: lætam tumidis qui neſcius armis
P oſtpoſuit pacem, ſtultiſq́; caloribus ardet.
I ntereà magnum Sol circumuectus Olympum
I ncitat Heſperijs currum regionibus, & iam
P ræcipitat longi rutulos certaminis orbes:
C ùm iubeat menſas nocte incumbente moueri
A uferriq́; dapes. mox gauſapa mollia tollunt,
O btenduntq́; ſcyphis oppercula nota, leuantq́;
I ngentes pateras, & agunt mantilia lymphis.
D iſceſſum eſt, molliq́; thoro Rex deinde quieuit.
F ama volat cultas Danorum ſparſa per vrbes,
Q uæ celeri propulſa gradu terraſq́; ſalumq́;
I mplet, & è varijs terrorem motibus auget:
F ama minor vero, tenues quæ lapſa per auras

P rimùm,ſuccreuit ſtudijs populiq́; tumultu
E t clamore ſenum. celſas mox ſcandit in arces
M argretæ:prenditq́; minis petulantibus omnem
Q ui Cherſoneſo ſubtendit littora, campum.
M ox cunctas regni partes,& plurima paſsim
O ccupat arua: proculq́; aditus molitur, & altos
A uctior ingreditur poſita formidine poſtes.
N ec curſum diuiſa locis magalia tardant
A ut pelago diſperſa. Dijs authoribus acer
I nfluit oceanus, ſpargitq́; per æquora terras,
E t ſecat ingenti diſtantia littora ponto.
M axima quas inter medio Sialandia tractu
E ximios rerum fructus & ditia pandit
R ura bonis: ſiue eoo ſub limite Scanos
S pectat agros, propterq́; videt ſe attollere celſas
A nconæ turres dubiosq́; extendere portus.
S eu latus occiduis obiectat fluctibus:hic qua
C imbrica traijciunt celeres in rura Liburnæ
O ppoſitosq́; vident hinc atq; hinc ſurgere montes.
T erra apprima ferax:quæ quantum obnoxia ripis
L ittoribusq́; iacet,tantum celeberrima tutis
P ortubus, ac fida ratibus ſtatione redundat,
V icinasq́; beat cumulatis mercibus vrbes.
H anc aliæ,numero quas vix comprendere poſsis,

Incin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I ncingunt ſparſæ pelago, circumq; coronant
B althicæ, & æquoreo dirimunt freta cærula regno.
C um veluti Nymphas vndiſq; mariq; potentes
O ceani ſobolem perhibent in Thetios ire
O bſequium, ac toto circum ſe fundere curſu.
A ut quo pulcra ſitu diſperſas Græcia terras
A egæis partitur aquis, circumq; locatas
C ycladas, Euboico confinia regna Geræſto,
D iuidit, ac medios inter fouet oppida fluctus.
H ic cingunt Androſq; tener, Naxoſq; Lyæo
S acra Deo viniq; ferax. Latonia Delos
E t Paros, & medijs interlita Thera procellis:
A duerſos Maleæ fluctus experta Cythera, (thus.
A c Strophades, nemorumq; iugis cumulata Zazin-
D ulichiumq; Sameq; & Neritos ardua ſaxis.
S ic Sialandiacos circum iacet Inſula colles
M ulta mari, ac toto latè diſparſa profundo
R egnat, & illuſtri complectitur æquora cyclo.
P rimus Amageriæ ſitus eſt & linea terræ,
H afniacos quæ oppoſta ſinus portumq; beatum
C laudit, & inſigni littus ſtatione coronat.
H anc Monæ rupes æquataq; culmina cœlo
E xcipiunt. notias Lollandia diues arenas
P roſpicit, ac dites obiectat Falſtria campos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E xplicat Oceano bimarem Langlandia ripam,
V rgenteſq; ſecat fluctus:vbi Balthica ſeſe
A equora compreſſant,tenuiq; impulſa meatu
P ræcipitant lapſus anguſtaq; littora lambunt.
T um verò latis propaſſa Fionia campis
B rachia ſubtendit pelago.Iam Tunda fluentes
F rangit aquas, at fertilis hinc Samſonia vaſto
C ingitur aucta mari.populis hæc prima vetuſtis
I ngentes arces,ingentia rura ferebat:
A tq; obtenſa cauis pulcherrima mœnia foſſis.
A rdua teſtantur Vesburgi raudera caſtri,
E t Brattensburgo quæ reſtant nomina muro.
H inc iter in Scyrum: Cauro qua ventus & vnda
I nſilit effræni,ſcopuloſq; volumine pulſat
C onſpicuo,ac tumidis verſat freta cærula bullis.
E xcipit Heſſoliam vacuis apractias aruis
E t latus obiectum primis aſſultibus vrget.
I nde ſub auroram rigido defixa profundo
H uena iacet:quæ diues opum fuluiq; metalli
L ongobardiacas cæco tegit vbere prædas:
F abula ceu veteri memorat iam prodita mundo.
H uc igitur belli cum rumor & effera vocum
C ongeries penetrat:totoq; celerrima regno
I ncubuit populis,tacitiſq; pauoribus implet.

Vtq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V tq; animos percellit, in altas protinus arces
R eginæq́; domum veſtigia flexit: & vt ſe
R ettulit in medium gradibusq́; palatia preſſit:
Q uæ decreta forent tumidis certamina Suecis
N arrat, & in Danos iam condita prælia dixit.
I mperij titulos & auiti culmina regni
M agnificis inſcripta bonis, interq́; beatos
I nclyta ſceptra patres hac tempeſtate gerebat
F œmina: quæ pridem Regi pulcherrima coniunx
H acquino, viduos iam nunc Margreta penates
D eſpoliata viro ſtudijs ſeruare pudicis.
F ilia Valdemari: qui bella ſecutus & enſes
D urauit ſub cæde manus, fuditq; cruorem
E t caſtris aſſuetus in arma necesq́; ruebat,
O mnia perrumpens. Siculo ceu carcere ventus
I ngruit in ſyluas: interq́; cacumina nitens
S umma ferit: vellitq; imis radicibus ornos,
E t valido celſas impellit acumine quercus.
H aud aliter noſtrum fulcit ſors alta Monarcham
E t fortuna iuuat: dum rura paterna ſuperbo
L iberat hoſte, minas frangit, terrasq́; receptat
A c arces, belloq́; etiam confinia laſſat
A tq; adimit rigidis Scanenſia prædia Gotthis.
H uic crudele igitur cùm mors interrita fatum

Solueret,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S olueret,imperio ſucceſſit filia magnis
I nclyta conſilijs,patrioſq́; exæquat honores:
I nuictamq́; dedit ſuperare pericula mentem.
V aldè autem magnis commotum vocibus aiunt
V aldemarum,& ſubitas vrſiſſe in pectora lites:
A udijt vt primùm Natam vitalibus auris
V eſci,& fœmineo cumulari ea munera partu.
Q uòd fortaſſe virum patrio ſuccedere regno
E xpeteret:qui iudicij bonitate manuq́;
S trenuus imperij partum decus enſe tueri
P oſſet, & obtritis immittere vincla Tyrannis.
H aud neſcire quidem quantæ vicinia cladi
I nuigilet:nec ſe veterum ignorare dolorum
S emina,crudeli poſtquam vel Suecia ferro,
V el face Vandalici turbare hæc littora ciues
A ggreſſi,nullam vetera in benefacta quietem
C oncedant:ſed enim quantùm ſe occaſio tectis
M ouerit aucta dolis,quantumúe iniuria poſſet
V na nocere:equidem tantum ſe infundere noſtris
E t bello cladem properent inducere regnis.
P raua ſed humani eſt generis cenſura,procaxq́;
A tq; ingrata Deo:nihil eſt cui recta Tonantem
I ndulſiſſe,niſi & noſtris ſint omnia votis
O buia,& ad ſtolidos æquent ſe commoda ſenſus.

Ille

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I lle quidem natum poterat cupijſſe videri
M aſculeumq́; genus:ſceptris vt conſulat.at non
P rotinus è noſtris ſuperi prudentia cœli
M enſuram votis ſtatuit.Deus arbiter omnes
T emperat euentus:aliaq́; optata bilance
P enſat,& humanis non laxat fata cerebris.
N on igitur quod velle patrem iam conſtitit, aſt quod
A eternis viſum ſuperis fuit,hora dieſq́;
E xtulit:ac læta quod natum eſt,ſorte beauit.
Quos ego, quos cœli poſitus, quæ ſidera credam
N atali fulſiſſe tuo? tibi maxima mundi
I nclinat facies,ſeq́; in tua lucra ſecundat:
P roſperaq́; & longæ firmat tibi ſecula vitæ.
H aud equidem haud ſexu, regnorum gloria ſemper
I mperiumq́; viget. minor eſt aliquando virorum
V irtus,& ſegnes deplorant culmina dextras.
E ſt animus qui magna gerit: quo principe ſi quæ
M agna paras,ſi non tentantem magna retardent
I nuida fata, equidem ſpes eſt te maxima poſſe
P erficere: & celebres cumulare in ſceptra triumphos.
Quidúe Semiramidi,quidúe obfuit Orithyiæ
H aud natas vixiſſe viros? non certa gerendis
P entheſileæ inerat ſatagenſq́; induſtria rebus?
A ut animo fortes quis neſcit Amazonas? illa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V iribus ingenioq́; valens gens Inclyta, quamuis
F œmineo tantum ſectetur maxima ſexu,
I ntulit imperio formam: proprioq́; gubernat
A rbitrio, & patrijs obfirmat legibus vrbes.
Q uin age tentantem peregrina hæc culmina Cyrum
A tq; laceſſentem populos, dum victor Eoo
M ultiplicat faſces, ſtatuitq́; palatia regno:
A llectum domuit belloq́; oppreſſit acerbo. (ſtris
S ed quid ego hæc quæſita procul nunc contraho? no
A nglia temporibus poterit docuiſſe videri:
F œmineo quantum ſub pectore robur & alti
C onſilij lateat: quantasq́; in culmina mentes
A dferre, & quanta virtute exiſtere poſſint,
I n quaſcunq; voces cultiſſima pectora formas.
S anè ego diuinos Heroas, & illa vetuſti
S ceptra Magiſtratus natosq́; è luce Monarchas
I ntuitus: cùm me rapiat ſententia vatem,
H uc feror: vt prorſus diſpoſta palatia cœlo
I udice cuncta putem: primaq́; ab origine mundi
I am ſua venturis decreta volumina regnis.
H îc nihil humani arbitrij, rationis & altæ
V irtutis valuiſſe. Deus præuiſa ſecundat
R egna, quibus tandem præuiſa ea regna miniſtris
E t dare ſceptra velit. nihil eſt obnitier vllo

Conſilio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C onſilio,aut certos conari euertere faſces.
Q uid Cyrum ſeruat? quid magnæ exordia Romæ
P romouet?ancipiti non res ea ſacra vacillat
P ropoſito: firmis ſtat condita legibus,& ſe
H umanos contra ſuſtentat læta furores.
V enerit interdum fortaſſis,vt improba ſpectent
P ectora diuerſum.Sed enim quæ viſa Tonanti,
N equitias ſuperant:fraudesq́; in funera voluunt.
N on igitur carcer,non ficta opprobria,non res
A ut fortuna minor,non hoſtica fœdera regnis
T e prohibere queant:ſi te tua fata Deumq́;
H aud fallax ſeries ſceptris immittere dextras
E t regnare velint.medios velut actus in ignes
N il Adamas cladis,nulla infortunia ſentit:
S ic quoq; ſiderei manet irreuocabile mundi
I udicium,nuſquamq́; labat:quia nexibus hæret
C onſertis,firmoq́; capit primordia cœlo.
I ntereà ſi quid toleres fortaſſe laborum
A ut duri interdum caſus:abſiſte moueri
P ectoribus.nihil eſt conniti ad maxima,ſi non
H as etiam ærumnas,humanæ & triſtia vitæ
E xperiaris.adeſt equidem Deus iſta ferenti
E uentusq́; regit,teq́; hac ceu ſtringit amuſſi:
V t veras laudes,& veri in culmen honoris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C ollimes.ſine difficili res clara labore
V t non perficitur,ſic non conſiſtit:habentq́;
Q uo vitæ meritos decernant Numina fructus.
C ertè opportunum moderandis gentibus eſſe
C redo virum:cui non animi ſententia fœlix
S emper erat.nihil eſt innaſcier omnibus illum
D elitijs, qui ſceptra gerat, qui iura miniſtret
O mnibus æqua:ſuos propter qui triſtia ciues
I nterdum ſubeat,vitamq́; è funere faxit.
T um,nihil aduerſæ qui ſortis vidit,& altum
O bduci nunquam doluit caligne Solem:
H aud is ſcire poteſt,circum præcordia quantæ
V erſantur miſero curæ:cui ſæua dolores
I nterdum parit hora,animumq́; affligit acerbis
C aſibus,ac triſti percellit acumine mentes.
A ut ferus inſultat miſeris:aut pondera rerum
I udicat ignauus:quantumq́; in facta tuetur,
T antum errat,geminatq́; graui ſub lance dolores,
E t curas curis,& triſtia triſtibus auget.
S alue terra tuis aut inclyta Regibus olim,
A ut mage præſenti iam fœlix principe diues
A nglia:quæ vario quondam certamine multas
F ortunæ ambages,multosq́; experta tumultus,
M ultiplices Regum ſenſiſti in funera motus:

Aemula

A emula dum magnæ ceu libertatis honeſtas
E xpetis adduci vetera in faſtigia leges:
A ut crudele quidem multorum robur auito
M ore domas, tutosq́; nihil das eſſe Tyrannos.
D ij tibi florentes in culmina priſca ſecundent
E uentus: partamq́; pio conamine pacem
A uſpicijs, Regina, tuis mitiſſima ſeruent.
I pſa tibi haud tantum formoſos Numina vultus
A ſpirant: ſed cum ſuperi tibi ſceptra domosq́;
E lizabetha darent, vnà tibi maxima fato
D ant etiam: ne quas placidæ Rhamnuſia flammas
E xcitet, ac ſæuo bellorum grandine turbet
I mpunè: aut patrios fruſtra tibi mouerit enſes.
S cilicet æthereo res eſt ita viſa Tonanti,
V irgineis etiam regnorum culmina dextris
E t virtute geri: magnorum vt tanta parentum
F œmineo certè cumuletur gloria ſexu.
I nterea quo te pietas, quo te aurea virtus
E t recti ſtudium ferat, ô Regina, ſequare,
F reta Deo populiq́; fide: quem læta gubernas,
E t cuius ſolido firmas tibi ſceptra fauore.
T u ſacris etiam ne deſint præmia Muſis
E ſſe corona velis: ſtudiumq́; amplexa Camœnis
I nſere, & has etiam patrijs adiungito regnis.

C œlo equidem veniunt cunctis ſua lucra, faceſſat
F œmineo quiſquis generi crudelis & æuo
D etrahit, ac ſexum florenti pellit ab vſu
R egnorum: & vanis tantùm dat ludere ceptis.
M agna gerit, magniſq́; interdum obnoxia bellis
F œmina perrumpit. Deus eſt qui euentibus armat
I mperia, & certos fidenti ſpondet honores.
H aud ſexu afficitur. perſonam laudibus æquat,
Q uam virtus quam mens recti ſibi conſcia fulcit.
V aldemarus ſedenim poſtquā ſibi Numina gnatā
H anc finxiſſe videt: partuq́; efferrier illud
E xcellens naturæ opus, & validiſſima membra:
A egrius id primùm quamuis fortaſſe ferebat:
V t tamen & veris animum rationibus implet,
T ranquillos menti ſenſus inducit: & omnem
D eterſit curam, gratuſq́; accedit Olympo.
Q uin Helenæ priſcos indulſit blandus honores:
E t gratam recipit, veteriq́; adiungit amori
C onſortem. fuit illa diu ſuſpecta marito,
I niuſtè. haud facile eſt alienæ obſiſtere culpæ,
A tq; vacare odijs: cùm tete iniuria victum
O bruat, ac ſæuos ferat in tua vulnera dentes.
E t ſunt notæ etiam technæ: quibus aula, quibusq́;
H umani generis peſtes plerunq; bonorum

Dicta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D icta iocoſq́; premunt.Stygia furor iſte palude
O rtus obit terras,& atroci lumine regnat
S uffodiens,rerumq́; vmbris mendacia captans.
Iamq́; adeò celeres Margreta amplectitur annos,
I nſtauratq́; artus nitidos,& prima iuuentæ
L uſtra auget: cum Nortuagico pulcherrima Regi
D eſponſata,citos Boreæ ſub regna iugales
I ntulit:ac vera virtutis laude gubernat.
V aldemarus ſed Rex cùm ſolers eſſet,& inde
A primis rerum ceu fontibus vltima latè
P roſpicit:& quos ſe tandem ventura ſub vſus
E xtulerint,multò iam cogitat ante:probabat
N ortuagio Regi Margretam iungier.illo
P oſſe etenim Danis ita fœdere proſpici,honeſta
V t deinceps viuant ſecuri pace:minuſq́;
S uecia terroris noſtras cumularit in vrbes.
H acquino ſiquidem peregrina è gente puellam
I am pridem Sueones conati adſciſcere,totos
O ccluſiſſe aditus magno voluêre videri
C onſilio:ne quo placidis ſub legibus vſu
I nclyta Nortuagicis iungatur Dania regnis.
E t Magnum certè exoſi manifeſta dedêre
S æpiùs indicia,haud cum Danis fœdera ſeſe
V lla probaturos:quæ iungant regna, virumq́;

Conci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C oncilient animos reuocentq́; è cædibus enſes.
A t verò Holtzatici anticipat connubia lecti
V aldemarus: medium cum ſeſe includier hiſce
G entibus aduertit, pactumq́; huc tendere: Danos
V t premat inuiſo pòſt effera Suecia bello.
H uc igitur ſpectans Gnatam coniungit honeſtis
L egibus Hacquino, monuitq́; in iura mariti
C edentem: ne quos vnquam decepta tumultus
I n patriam probet, ac cineres turbarit auitos.
Q uin potius quacunq; etiam ratione parentum
B uſta colat: ſpectetq́; ſolum quo nata, vetuſtas
M aiorum laudes, & honeſta pericula voluat.
S ic ait, obſcuris equidem ſed fortibus vtens
P ro virtute notis. Pòſt ſtrauit parca maritum
S æuior Hacquinum ſuſcepta prole. Deinde
V aldemarus ſuperos & rura paterna relinquit
E xcedens. Vocat hinc Margretam Dania, faſces
Q uæ patrios ſolers oblataq́; ſceptra gubernet,
E t noſtro adiungat Nortuegica culmina regno.
E tſi autem diuis rem fortunantibus iſta
R egnorum ſtatuam coaleſcere fœdera: quòd nil
I nuito fas ſit ſperare ampliſſima cœlo:
N on tamen & noſtri virtutem, atq́; acta Senatus
M irariúe ſatis, meritaúe extollere laude

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t ſua Valdemaro cumulare encomia poſſum.
S anè ea primæui ratio & ſententia mundi
C um ſolers, tum iuſta fuit: meliora nepoti
A ſſerere, & patrias auertere cladibus vrbes:
S cilicet externo ne quid vel ab hoſte, vel acri
F ortunæ impulſu (quantum prohibere ſagaci
M ortales ea damna queant & tollere facto)
A ut patria, aut ſoboles: aut quæ poſt longa ſequatur
T empora poſteritas, poterit fortaſſe videri
M aiorum culpa & neglecti muneris ergò,
I ngentis ſentire mali: ſubitoque dolore
I ngemere, aut iuſtè ignauos damnare parentes.
H æc eſt illa quidem, primùm quæ cura vetuſtos
I unxit auos: certoque dedit ſub fœdera gentes
C ommunes ſpondere manus, interque tumentes
I rarum fluctus mediam ſperare ſalutem.
H eu quantũ à ſanctis diſceſſum eſt moribus, aut nunc
P riſca iacent, aut priuatis compendia rebus
S ic indulta manent: vt vix nunc vmbra ſuperſit
P ectoris, in longum quod publica cõmoda vel quod
I n ſeros mittat pulcherrima facta nepotes.
O mnibus erratur plerunque euentibus, vna
H ac tantum cauſa: quòd cauſas rebus agendis
E x errore ſtruant, temereque domeſtica turbent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C œlica nil homini maius dant numina, quàm ſi
C ontento placidoq; animo, quodcunq; ferendum
N ouerit eſſe, ferat: ſeque in ſe colligat, & re
P ræſenti viuat, neque ſuſcitet ignibus ignes
I ndomitus, ſtudioque procax & inutilis æuo.
I ntereà ſi quid fortaſſè occaſio lucri
S i quid fata boni obijciant, contemnere: ſtulti
I gnauique viri eſt, cui nec mandare paterni
P ublica iura ſoli, nec tute domeſtica poſſis
C redere, nec dubijs deferre negocia rebus.
A nchora at è gemina ſub tempeſtatibus altis
P ontigradam fulcire ratem, ſapientis & acris
I ngenij eſt: cui non vel deſit in ardua præſens
C onſilium, vel fortunæ eſt ignota ruentis
C onditio, & triſtes non reddit lubrica vultus.
N on igitur ſpernenda putes quæ iuſta coire
F œdera poſſe ſcias, qui ſic ſibi conſulit vt nil
D etrahat officio, nec ſpe lactarit inani
I n ſua quos ſtudio traducere vincula certat:
I s ſuperos magnique colit pia iura Tonantis,
H acque adeò certam ſperarit laude ſalutem.
V num autem moneo, & iuſtis id vocibus vnum
T eſtabor: ne quam pietatis nomine fraudem,
N e quid amicitiæ titulis aut fœderis ergò

Conſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C onſilijsúe ſtruat, quod honeſta lege pioque
C oniunctos pacto violet: quod pectora ſoluat
I ncertamque fidem dirimenda in vincula mittat.
T um verò ſocios & qui tua iuſſa ſequantur,
S ic tractaris: vt haud miſeros iniuria cogat
A ut pacto ceſſiſſe, aut iuſta aliundè bonorum
P ræſidia amplecti, tumidosque reſcindere nexus.
Q ualia non raro ſenſiſſe incommoda multos
N ouimus: immani qui cum ratione modoque
S int dominati, equidem ſocias auertere gentes
E t ſubitas ſtolidi cumulare in funera cauſas.
C onſilio res iſta graui quapropter & æqua
C onditione recens coeat: bonitate deinde
A c fidei conſtantis ope ſeruetur, agatque
V traq; pars quod vtranq; iuuet, quod vtranq; bearit.
N ortuagijs igitur Margreta vbi præſidet aruis
I ngrato non more regit, nec inepta ſecuta eſt
M ultorum ſtudia: vt planè auerſata paternos
N egligeret monitus. ceu nunc plerunque beatis
M aiorum illudit ſoboles molliſſima dictis,
E xturbatque pios ſtudia ob contraria mores.
S ed virtutis amans & honeſto læta pudore
V icinis ſua facta probat, paſſimque per orbem
I ncreſcit fama, ſequiturque potentia laudem.

 Ergo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E rgo vbi Valdemaro ſecuiſſent ſtamina Parcæ,
E xpetitur Margreta ſuis: Nortuegica regno
C ulmina quæ patrio, Danisque penatibus addat:
E t gemina æterno ſociet faſtigia nexu.
A ccipit oblatum Regina, Deûmque hominumq;
D ecreto accedit: regnique amplexa coronam
I uſticia populos multùm florente gubernat.
T um pacis ſtudioſa, nihil confinia lædit:
N on rixas, non bella ſerit: contenta paternis
R egnat, & antiqua laudem pietate merebat.
H oc decus in Sueones qui venerat ante procaci
C onſilio accitus patrijs Albertus ab oris,
T ollere conatus Reginam inceſſere dictis
A ggreditur: nigrosque ſales & plurima miſcet
S commata, & inuiſo cumulare opprobria dente.
S cilicet inuidia eſt alienæ obſiſtere laudi
E t ſummos culpare gradus: quoque ardua virtus
E t fati lex quemque trahit, conarier atro
D eijcere impulſu lætasque euertere ſortes.
P ræcipuè cùm noſtra tuis nil gloria rebus
O fficere aut luci tenebras inducere poſſit:
E xcellasque etiam ſtudijs animoque bonisque
F ortunæ, & claros numeres in ſceptra parentes.
A ut Alberto etiam quid non ſors magna Tyranno

Indul-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I ndulſit? claris equidem natalibus ortum
Q uis neget? Et patrias poterat regnare per vrbes
S ecurus, nuſquamq; graues metuiſſe ruinas.
A t fortuna virum poſtquam iam lautior amplo
I nſerit imperio Geticisque inducere regnis
A dproperat: diros in pectora protinus angues
C onijcit, ac quantum ſumptis dat creſcere ſceptris:
Q uantum in celſa vehit rerum faſtigia, tantum
I mbuit atroci funeſta in iurgia morſu,
P ræcipitemque agit, ac ſtolidis dat ludere dictis.
N oſtra minis igitur ſubigit: culpatque grauatque
O rdinis eximij Proceres, ante omnia verbis
R eginam violat, dictisque inceſſit amaris:
E t cauſas quærit fœdique exordia belli.
V ſque adeò impatiente animo & virtutis egente
M argretæ præclara tulit conamina, fortem,
F ortunam, & geminis coniuncta palatia regnis.
H inc ergo immani ſtudio atque affectibus ardet
I ndomitis, iraque tumens indulget inani
S uſpicioni etiam: atque obſeruat facta beatæ
P rincipis, ac duris inſercit crimina rebus.
I nfœlix quantas plerunque ſuperbia voces
E t quæ probra iacit, tumido cum Numina morſu
A ut petit, aut hominum ſuggillat facta: procaxque

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E xacuit diros fraterna in viſcera dentes.
T andem etiam noſtras belli rumoribus vrbes
T erritat: excurſu funeſtat rura citasque
I nterdum flammas & vaſta incendia ſpargit.
Q uo ſe more quidem iam lætos penè triumphos
D ucere præſumit: paſſim graſſatur, & acres
S canorum populos haud vna clade fatigat.
H ic eſt ingenij petulantis feruor, & atri
P ectoris impulſus, cùm nec mediocria, nec re
C erta, nec æquata regnum virtute ſequatur.
S ed nihil inuitis fas quenquam fidere diuis:
A ut maiora ſequi, quàm quæ comprendere facto
A c retinere potes. ſtultè ſibi proſpera fingunt,
Q uos in non dubios retrahunt fera ſidera luctus.
I uppiter haud dubia nam temperat omnia lance:
A lternatque vices, fatique volumina torquet
I mpellens manibus ſortes: velut accidit hæc res.

C. ERAS-

C. ERASMI MICHAELII LAETI.

MARGARETICORUM

LIBER III.

POſtquam non dubio cõpleuit fama tumultu
Littora, tecta, ſinꝰ, domibusq́; afflauit atroces
Alberti Sueonũq́; minas, paſſimq́; per omnes
Danorũ populos atq; oppida culta vagatur:
R eginæ tandem ſeſe conuertit in arces,
I mpletura gradus, cumuloq́ue auctura timores.
V t verò ſubiti Margreta pericula belli
I ngenteſq́ue videt populis conſurgere luctus:
I ncaluit mentem, tacitiſq́ue doloribus iras
C olligit, ac flammis perculſa tenacibus ardet.
C um veluti puros incendit flamma lebetes
I nfuſaſq́ue mouet taciturna in murmura lymphas:
I llæ intus tenui primùm feruore calentes
C oncipiunt ſonitus, mox ſeſe impellere certant
D ilatantq́ue locis, animiſq́ue tumentibus altè
E xſuperant. tali Regina accenſa calore

Intulit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I ntulit ingenio curas,ſubitosque dolores
A ut premit,aut rerum ſpe non dubitante repellit:
A ſpiratque Deo certisque euentibus inſtat.
A rdua quin etiam geminis præcordia palmis
C um ferit,hac equidẽ fama eſt tum voce Tonantem
S ollicitaſſe Deum ſanctisque inſiſtere dictis.
M agne Pater diuûm,qui fulmina ſæua potenti
A cta manu vibras,terresque fragoribus vrbes:
A ſpice crudelis vocesque minasque Tyranni
E t detorta mihi toties opprobria cerne.
H ucne etiam tandem tumidæ conuicia linguæ
E uaſiſſe? an & hoc miſeræ mihi denique reſtat,
V t contempta prius cùm ſim,varioque petita
S commate: cùm noſtro tot probra ſceleſta pudori
O bijciat,nigraque premat lolligine famam:
N unc etiam extremæ decreta pericula cladi
N unciet,ac ſæuo turbet mihi prædia bello?
A ut quid cauſæ etiam tantos ego mitis in æſtus,
I n furias & in arma dedi?commercia noſtris
I nconcuſſa quidem populis & plurima durant
O fficia,& nullas patitur vicinia fraudes
E nobis: vitio niſi quid mihi denique vertat,
Q uod tantis cedam non victa doloribus,acri
H ęc mihi quos cumulat gens moribus effera damno.

Quin

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Q uin neq; fundendis finem dabit æmula flammis
M enſq́; manuſq́; viri: neq; me, ſi recta monerem,
A udiet ac proprijs auertat funera regnis.
I amq́ue adeò, ſi quid veri quæ plurima conſtans
F ama volat patrias circum mihi ſpargat in vrbes,
M ilitiæ precium ſtatuit, lateq́ue vocatos
C ontrahit Heroas, promiſſaq́ue plurima vulgat
I nuitans: quo me violentus robore victam
O bruat, ac miſero celeret mihi funera luctu.
A ſt mihi conſilium vireſq́ue modumq́ue gerendi
C œlum & fata dabunt. ſupero nos cura Tonanti
V iximus. hac equidem conſiſtam rupe, nec vllis
A rtibus, aut vlla minitantis voce mouebor.
Q uòd ſi bella fient, nihil auerſabor: eritq́ue
P ars pugnæ Deus, & Comitem ſi in prælia iunget.
T alibus illa quidem dictis, & acumine mentem
C œleſti firmans, rigidos in pectora motus
I ntulit, ac animum commota ſuſcitat ira.
Q uæ rerum ſatagens longiſq́ue exercita fatis
P rotinus inſignem regni, capita alta, Senatum
E uocat, ac nitidam Proceres conſcribit in vrbem.
E ſt locus æthereas poſitu diductus in Arctos,
Q ua celer aſtricto ſe gurgite voluit, & altas
C ontrahit oceanus velut in ſua brachia lymphas:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ntiquo locus auctus honore,& plurimus vſu,
Q uà diuulſa freto dites Sialandia Scanos
S pectat,& oppoſitos penè arctant littora montes.
H uc Margreta Duces ſanctumq́; benigna Senatum
A ccerſit: quantumq́ue habeat mora longa pericli
A dmonet,ac rerum quæ ſint diſcrimina narrat.
P aret turba Deæ, leuibus quæ aduecta quadrigis
O ccupat actutum poſtes: vbi ianua primo
P rotinus acceſſu Charitas ſacra Numina Graijs,
S pectandas dedit,ac variatis intulit vmbris.
H ijs ita forma quidem natiuo ducta colore
E minet,vt viuos vultus & viua putares
M embra per auratos extendi cardinis orbes.
Q uæ ſimul inſculptæ foribus fortaſſe monebant,
C onſilijs fruſtra magnos inferre Monarchas
P ectoris exculti curas: niſi Gratia pectus
S tringat,& haud dubias cōponant fœdera mentes.
N on equidem vtiliter Proceresq́ue ducesq́ue coire,
C onſilijsq́ue vrgere animos: diuerſa latente
S i ſtudio,& multùm diſtantia facta ſequantur.
V elle eadem, vel nolle eadem, tutiſſima res eſt.
I nterior varijs rutulabat honoribus aula,
A onijsq́ue inſcripta deis: vbi flauus Apollo
A uratam chordis cytharam digitisq́ue paratis

Inſerit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I nſerit,ac molli circumfert carmina neruo.
S tabat & Alcidæ manibus ſtudioq́ue petitum
C ornu,vbi connixos Acheloi fluminis orbes
I mplicuit ſpiris.mox trunca è fronte reuulſum
N aiades implerunt rerum vbertate: dabantq́ue
V t ſit inexhauſto ſemper ſua copia cornu.
A ſt opus hoc multis ſinuatum flexibus ambit
G udius,inſignes Mæandri ſparſus honores:
A tque accliue latus tumidis prætendere ripis.
A lter at in Boream paries qui ſpectat,habebat
C rudelem Cyro Tomyrim,Scythicasq́ue ſagittas
M aſſagetumq́ue manus:claros vbi fœmina Reges
P erſarum,& fortem patrio ſub more iuuentam
I nuitans perimit,tumidosq́ue immergit in vtres.
H îc ſubnixa genu porrectas Delbora palmas
C onſertis nodo digitis in ſidera tollit,
A tque aliquid magnum viſa eſt orare Tonantem:
C uius & ante pedes fatali cognitus ictu
M alleus,vmbrarum ceu tectus parte iacebat:
A diunctoq́ue premit vicina crepuſcula clauo.
P oſtremò tumidis ſtabat circumfluus vndis
O ceanus gratam complexus & Amphitriten,
C onuerſus totos in mutua pectora vultus.
A ttamen Arctoo quà vergit in æquora tractu,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A dſtrictum magno glacialem frigore pontum
E xplicat, ac dubia menſurat luce Triones.
A ſt nihil auguſta quidquam luculentius æde
C onſpectum, paſſi quàm quæ ſub imagine Chriſti
P arua tabella ſuo fulgebat pendula limbo.
H æc equidem decorare domum, qua magna ſolebat
I nter honoratos Regina quieſcere cœtus.
Vt verò ingreditur, ſanctumq́ue affata Senatum
A ltior aſſedit, gemitu mox orſa: fatetur
I nuitam cogi, tantos vt adacta labores
I nijciat patribus, regniq́ue pericula narret.
A dduci fama, paſſim quæ rura ſinusq́ue
P eruolitat, lateq́ue aures percellit, & omnes
I ncendit rumore domos conſtansq́ue vagatur:
M axima vicino ſub principe bella parari,
C onſcribiq́ue acies: Suecisq́ue accedere largo
A gmine Theutonicas metuendaq́ue robora gentes.
E t nunc præteritos quæ triſtia fata per annos
P arturit Albertus, crebrisq́ue tumultibus vrget,
E xterna parit auctus ope: decernere iuſto
N unc tandem ſatagit finemq́ue imponere bello.
D enique quod toties media inter pocla minatus
B acchatusq́ue fiet, ſtudio contendit & armis
P erficere: ingenti ſurgit res Gotthica motu,

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t paſſim horrendos verborum ſeminat ignes.
Q uin etiam Alberto fama eſt iam principe noſtras
S eſe inter terras & regna paterna Tyrannos
D iuiſiſſe: æquasque exire in fœdera ſortes,
D eque meo ſtatui ſceleratis præmia bellis.
C imbrica rura, lacus, fluuiosque ac paſcua vaſtus
O ccupet Holtzaticus. prouincia Scanica Sueco
C eſſerit, ac quantum ſe Hallandia diues opimo
I nferat oceano, ripasque ſub æquora mergat,
A ccedat Gotthis: parilique è iure manuque
B lekingique viri, Liſtrenſiaque arua ſequantur.
A t noſtro quæ clara iacet Sialandia ponto,
Q uæque Fioniacos incingit terra penates,
V andalicis cedet. fuerint ea præmia bello,
T heutonicique feras duriſſima vincula regni.
D enique ſic noſtris inhiat vicinia, ſic me
E ffera contemnit, monitisque illudit honeſtis:
V t planè afflictam ſtudeat me ſorte paterna
E xcutere, & ſanctis exutam auertere regnis.
C eu funeſta recens Birgero illuſit, agitque
I n præceps miſerum, noſtrasque eiecit in vrbes.
P oſtremò veteri ne quæ faſtidia morbo
D efuerint, in me dentes acuiſſe nefandos
D icitur: ac ſi bacchatus nihil ante fuiſſet,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I am vultu pleno pleniſque in probra labellis,
A ſpera mendaci ſpargit dicteria rictu.
E tſi autem nihil hæc priuatæ iniuria damni
I ntulerit: tamen & totas cum maxima gentes,
C ùm totos populos, cum regna decusque beati
I mperij violet, faſtigiaque inclyta carpat:
H aud mihi iam leni toleranda eſt pectore, nec me
A mplius ignauam proſcindet Suecia. quo ſit
I n Danos animo, tum qua pietate fideque
N os & noſtra colat, communeque ſanguinis illud
Ae ſtimet inijcium, ac animis accedat auitis,
I am pridem oſtendit, factoque immittere certat.
H æc cum fama recens cumulata pauoribus auget,
C ommoueor proceres, & me mea pectora curis
S ollicitam affligunt. Magnos ſcio principis æſtus
A lberti, ingenteſque animi motus, & plena cupiti
P ectora ſucceſſus: Sueonum quem turba duceſque
A ttracti inſtigant vltroque in prælia mittunt.
H uic igitur qua lege malo, quo robore tandem
O ccurram, & veſtris auertam funera regnis,
C onſulite in medium: & curas lenite prementes.
D ixerat illa: geniſque infuſa modeſtia vultus
O ccupat, ac meritis ſub pectore motibus ardet.

V t verò placidos circumtulit ardua motus
A tque oculis complexa polum, iubet alma Senatum
D icere. quæ demum tacitæ ſententia menti
I udiciumq́ue ſiet. res eſt, ait, iſta periclo
I unctior, induci quàm conſultatio poſſit,
Q uæ mihi præſentes non tollat læta pauores.
C umq́ue diu res eſt animis expenſa, grauiq́ue
M axima conſilio iam conſtitit: integer æuo
S urgit ad hos, Sueonum primas, templiq́ue beatus
L undenſis Præſul: cui paſtoralia curæ
A rma forent, vittæq́; graues & mitra pedumq́ue
E t quæ ſacrifico cumulantur balſama ritu.
V tq́ue erat eximio rerum facundus ab vſu,
E t veteris ſecli multa argumenta tenebat:
E xtulit in nitidos rutilantia lumina cœlos,
T aliaq́ue excitos inter capit omina motus.
S umme pater mundi: tuq́; ô pulcherrima gentis
H umanæ ſoboles, noſtri qui corporis artus
I nduere, & magnos voluiſti ferre labores
C hriſte Deus: qui ſolus habes quæ iuſta ſaluti
C onſilia expedias, minuasq́ue pericula regnis:
H oc mihi principiò tu perfice, noſtra beatos
V t mens conceptus, & quæ rectiſſima vitæ
C ogitet: vtilibusq́ue accendat lumina rebus.

Tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T um verò,vt facili fortiſſima pectora dicto
E xſtimulem,moueamq́ue viros:cùm protinus arma
C orripienda canam, patrij quibus inclyta regni
L ibertas cœlo retineri vindice poſſit.
H uc etenim rerum noſtræq́ue pericula gentis,
I am tandem accenſo funeſti principis igne,
D eueniſſe ſcias : vt prorſus milite ſcripto
N unc opus eſſe putes,Quo te Regina tuoſq́ue
A ſſerere,& regni defendere culmina poſſis.
N amq; quid aut hominis furias, aut facta neceſſe eſt
F erre viros. pauidoſúe inter tua tempora motus:
E xigere,& tantos animis inferre dolores?
A ut quales demum populos, quæ regna gubernas
C onſilijsq́ue moues? an & huc tua maxima virtus
I mpulit ignauos,ſtupefactaúe corda redegit:
V t te indefenſam ſub atroci clade relinquant,
A fflictamúe ſinant miſero tabeſcere luctu?
H aud ita vel merita es : vel nos committere fas eſt:
I ncolumi vt patria quicquam patiare, quod armis
Q uodq́ue fide auerti iuſtum ſiet. aſpice quantas
D ania nonnunquam Regum ob certamina clades
E t quæ damna tulit.veteri eſt ea gloria mundo
C ognita,& in ſeros veniet delata nepotes.
E t tamen officio nuſquam deceſſit.obibat

Sæpè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S æpè pericla, grauesq́ue adijt non territa pugnas,
V t ſibi ſalua foret res publica: & inclyta Regum
M aieſtas nullis violetur ab hoſtibus. ipſa
H os animos, atque hæc non impigra pectora noſti
P arentesq́ue manus: qui quid iam cladis in annos
V iginti, Sueonum tete affligente Tyranno,
P ertulimus, cunctis iam notum eſt gentibus. aſt nūc
C ùm, Regina, roger quæ ſit ſententia, dicam
I ngenuè, & nullis ambagibus vtar. honeſtum
M aiores bellum noſtros & prælia nunquam
E ſſe auerſatos: animum ſed in arma manusq́ue
S ic præſtare, dolo ne quid patraſſe ferantur:
Q uod verum famæ ſplendorem, atq; inclyta patrum
O bſcurare notis fœdareúe nomina poſſet.
T um belli nuſquam cupidos: ni bella neceſſe
E ſſet & arma ſequi. ſtudio flagraſſe colendæ
P acis, & in cunctas ſua ſpargere commoda gentes.
A t verò quoties manifeſta aut clade coacti,
A ut grauibus compulſi odijs in bella ruebant,
V ſos fœlici plerunque eſt fama Gradiuo:
H oſtiles ſtrauiſſe manus, fudiſſe cruorem:
F œderaq́ue inductæ rurſus ſanciſſe quieti,
V lteriusq́ue odijs nuſquam certaſſe. faceſſat
S egnities igitur, bellumq́ue capeſcere mundo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D anorum Proceres, teque, ô Regina, beatis
A ſſerere auſpicijs. Quæque in nos plurima linguæ
P robra iacit, quæque haud dubio iam funera bello
S pirat, & immani quas verſat pectore mortes:
M aiorum pro more, Dijsque authoribus à te
P ropulſemus. agat pro te tua Dania cauſam,
V indiceque hæc animis depellat triſtia ferro.
L ætor & huc fœdos tandem veniſſe tumultus,
V t pugna liceat decernere. Suaſimus ipſum
A nte etiam, multo cùm ſæpius igne viderem
B lekingas ardere domos, aut Scanica rura
V aſtari: ſubitis cum fortè incurſibus oras
V icinas populatus, agroſque inuectus opimos
P rædam agit, ac noſtros iugulatque trahitq; colonos,
R egna ſed hæc Deus & ſuperi clementia cœli
O mnia conſeruat. mortalia pectora nuſquam
P roſpiciunt ſatis, & ſatagunt minus. inclyta Virtus
T um demum vtiliter ſeſe exerit, acta manuſque
S i cœlo videas non auerſante iuuari.
N am quod ab Alberto iam dudum principe dici
A udieras, certis diuiſum ſortibus iri
D anica rura: aliudque alios expoſcere, quò ſic
D iteſcant noſtro vicina palatia damno:
H ìc ego vos monitis ſecurós eſſe iuberem,

Nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N ec dubia populi perculſos voce moueri.
N amque eridos pomum peregrinæ Dania genti
T um foret: immani cùm mutua vulnera bello
I n ſe verſa luat. vel quid teſtabor? in ipſum
P rotinus authorem ſceleris iuſtiſſima pœnas
N umina decernent: vel ſi iſthæc pœna Tyrannum
H aud premat, ex alio ſubuerſum fonte videres
S upplicium tamen, & meritos expendere luctus.
I ntereà fas ſit vitam pro laude paciſci:
F ortunæq; vices & honeſti munera belli
P ertentare viros, potiùs quàm probra nigroſq́ue
F erre ſales: Sueonumq́ue minis turbata morari
P ectora, & his animos toties onerare querelis.
D enique non vanos populi, Regina ſuſurros
D e nihilóue putes: non fruſtra contrahit omni
F erales regione manus. Scio principis amplas
H æc in bella minas: odium qui immane profeſſus
A rdet, & optato iam ſe confirmat inani.
Q uapropter moneo celeri tete agmina motu
C ontrahere, & patrias excire in prælia vires:
H oſtibus aduerſas agere, & componere turmas,
C ornua moliri, lituisq́ue accendere pugnam,
E t fortunato diſpergere milite Gotthos.
H anc à te poſcunt operam, patria alta, laresq́ue

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A tque foci,regniq́ue decus: tum ſacra Deorum
T empla,quibus meritos diuis adolemus honores,
S acrificoq́ue damus non irrita munera ritu.
Q uæ tibi cùm iuſtis obeunda pericula bellis
S uſcipias: equidem tibi robora noſtra volentes
D eferimus,patriasq́ue manus promittimus,addas
C onſilijs animos,& ſpe tua fata ſequare.
F inierat dictis Præſul, ſtudioq́ue Senatus
S ubſequitur.magni ſed enim Regina monentem
V rgentemq́ue facit:qui ſi fortaſſe locutus
A crius,aut poterat ſuaſiſſe extrema videri:
N on tamen & meritò reprendi poſſet: vt in quem
P lurima fucatæ ceu pacis damna redundent,
C ùm vicina colat truculento rura Tyranno.
V nus erat medio in numero: cui plurima circum
P ectora cura fuit: quiq́ue haud neſciret inani
N onnunquam eludi quæ ſunt veriſſima fuco
P oſſe:nec è quauis ſapienti voce timendum.
I s,quoniam varijs animos euentibus altè
I mpulerat,plenisq́ue agitat ſua pectora curis:
I n dubias mentem formas partitur,& æuo
G randior: ac latè cum proſpicit omnia,ſurgit
C anicie ſpectandus,& ore ſilentia rumpit,
P rotendensq́ue manus veniam ſermonibus orat,

Koſo-

K oſorum de gente:pio cui nomen habere
C hriſtierno dederant magnorum vota Parentum.
H ic igitur ſenio crudoq́ue & viuidus annis,
H aud tantùm aſpectu multorum pectora mouit:
S ed quia conſultis habitus prudentior iſto
T empore, nec vanis ſolitus dare guttura dictis,
S urgentem Regina etiam confirmat: & æquis
T alia dicentem complectitur auribus. Haud me
O proceres, tuq́; ô noſtri clariſſima regni
G loria, diuino quam ſidera ferre volebant
A uſpicio diadema: tuoq́ue hæc culmina nutu
E t regere æternis patrium virtutibus orbem:
H aud me diua latet, quantis hæc cladibus arma
E xpedias, ſeu victa gemas: quod ſidera latè
G entibus auertant noſtris: ſeu milite vincas
E gregio, & leuibus ponas fera vincula Gotthis.
M agna equidem tantos ſubigent impendia motus:
E t ſemel exarſit cum belli flamma, ruinas
S pirat: & ingenti fundens incendia lapſu
M ultiplicat quæſtus, populoſq́ue doloribus vrget.
T um confracta quies viduis, tum prima gementi
P upillo clades: tum ſummæ inuiſa Senectæ
S ors venit, ac lato ſpargit ſua fulmina damno.
C iuibus exitium, magnoſq́ue in rura tumultus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D ucit,& in ſacros iaculatur tela penates.
O mnia conturbat legesq́ue & fœdera, rectum
D iſſipat,ac ſæuo mergit confinia planctu.
E xhaurit regni vires, æraria neruis
D eſpoliat,luctusq́ue accepta clade reponit:
E t quos multiplici cumulat ſtratagemate queſtus,
S ic plerunque Duces inter partitur & arma:
V t vix ſcire queas,victori an denique victo
Ae quior explicuit dubios Rhamnuſia vultus.
T um verò productæ acies cum forſan aperto
S tant campo,aduerſasq́ue vrgent in fata cohortes:
C ornuaq; alta ſonant,fremitusq́; auditur equorum,
E xpediuntq́ue manus operi,& fera vulnera libant:
H íc certè dubijs Bellona euentibus errat,
P artiturq́ue vices ſortemq́ue alternat,& inter
S ublatas hominum voces,atque inter equorum
H orribiles fremitus ſatagit,prohibetq́ue notari:
C ui tandem cedat cupidæ victoria genti.
P ropterea lento properandum ad prælia greſſu
C unctandumq́ue diu fuerit Sapientibus.aſt cum
D ecretum eſt,celeri tum demum milite bellum
A ggrediare,moramq; omnem tibi ſubtrahe, famam
A nticipans,quantumq; potes tua commoda adurge.
H oc ſolo(quid enim quæ ſunt aduerſa fateri

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t proferre vetet?) moueor fidiſſima, tantas
S urgere res dubio veluti rumore, petiq́ue
E fama clades, quas vix tibi deferat author
I ngenuus: qui vel tantos in principe motus
L uctari Sueco, vel pacta recentia ſtultis
H æc conficta animis decretaq́ue prælia narret.
E t nunc tute etiam mendacis plurima famæ
A rgumenta vides. linguæ quis fręna modumúe
A ut poſuit falſis non irrita vincula dictis?
F orſitan ac aliquis noſtro enutritus in aruo,
H anc etiam famam ſpargit: qui noſtra peroſus
C ommoda, difficili nos atque hæc culmina bello
I mplicet, vt noſtro ridere in vulnere poſſit.
P lurima damna quidem data ſunt in prædia Scanis
S parſa iugis. Sed enim ſolos impendia Scanos
H aud tangent. patriæ totas res bellica vires
E t petit, & multos hanc cladem ferre neceſſe eſt.
N on ego præſidium vel amicis eſſe negandum
V el populis contendo: ſed hoc Regina fateri
C ogor, ab ardenti neque tuta palatia bello
N ec tutas ſatis eſſe caſas: ſe infundit in omnes
M artis opus, paſſimq́ue premunt ludibria rectos.
P ropterea vt meritis arcenda incommoda bellis
C enſeo, & haud tenues deduci in prælia turmas:

Sic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S ic ego conſilijs ſuaderem protinus ire
D electos in tanta viros, qui munera poſſent
E xequier: quiq́ue explorent quid mentis in arma
A lberto ſiet: externas quòd in oppida gentes
A ttrahere, & numero iam cogere ſigna feratur.
H oc ſi tute probes, cedatq́ue in verba Senatus,
O bloquijs metam ſtatues, dictiſq́ue malorum
I nijcies frænos: tum ſi quæ deinde ſequantur,
C onficienda ſcias euentu bella ſecundo.
V ix ea dicta dabat, Proceres cum voce manuq́ue
F ortibus accedunt monitis. capit omina princeps
A uſpicijs, animoq́ue aſſenſum læta ferebat.
E t nunc Koſe tuis etiam mihi vocibus, inquit,
C onſilia obfirmas. cœlum mihi teſtis & aura
Q ua fruimur, me bella ſequi, belliſq́ue moueri
I nuitam. Sed enim quæ ſunt tibi dicta probarim,
E t mea concedant totum tibi pectora culmum.
A ſſenſere omnes. tum quod ſibi quiſque petebat,
M ittier in Suecos, taciti q́ue pericula belli
E xplorare, omneſq́ue animis tentare latebras,
E t quid funeſto ſtudijs ſit in arma Tyranno:
I n paucos iuſſu Margretæ venit, eoſq́ue
M andato inſtructos in tanta negocia mittit.
N ec mora conſurgens ſanctum Regina Senatum
Soluit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S oluit.at ille domum properantibus ibat habenis,
C omponitq́ue manus,& ephippia ſplendida iungit:
I ungit equos,ſoleisq́ue pedes præfortibus armat:
A tque acuunt gladios,haſtasq́ue in vulnera limant.
N ec minus exercet proprias Regina phalanges:
I nſiſtitq́ue celer peditumq́ue equitumq́ue ſagaces
D electus agere,ac patrias luſtrare cohortes.
D enique mandato agricolisq́ue & ciuibus arma
I mperat.auditis Reginæ iuſſibus illi
A ccelerant,bellisq́ue manus ac vota dicarunt.
L abitur intereà nitido Sol vectus Olympo,
A tque aliquot permenſa dies ſua cornua Luna
C olligit,ac medio rata lumina fundit ab orbe:
C um ſimul è Gotthis fugiens fera regna Tyranni
N obilium pars magna venit: patriæq́ue ruinas
I niuſtiq́ue ducis non æqua grauamina linquit,
R eginamq́ue petunt. Hæc tum Scanenſia luſtrat
A gmina delectu,meritamq́ue in fortia pubem
P rælia decernit:ſtatuitq́ue in bella phalanges.
I pſa equitans,circumq́ue etiam delata paratos
L audat,& egregio fortes commendat ab vſu.
P oſtquam igitur venêre,dari ſibi protinus orant
S ecurisq́ue fidem præſtari,ac fœdera poſcunt.
I lla, quòd ingenui meritum teſtentur honorem,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

O cius adduci iubet, ac venientibus inſit.
Q uæ vos cauſa viri, quæ prima moleſtia tantos
I mpulit hyberno ſub ſidere adire labores:
Q uo properatis iter curſumque aduertitis? aut quid
N unc etiam noſtris gens Gotthica captat in oris?
Q uæſierat, preſſoque tegit ſua pectora vultu.
C um ſimul attollit ſpecioſæ lumina frontis
B rodderi ſoboles: qui tunc Abrahamus honeſtas
I n Gotthis poſſedit opes: interque modeſtos
R egnorum Proceres ſapienſque bonuſque ferebat,
F acundoque dabat laxari guttura dicto:
Q uærenti reſponſa tulit, ſic ore locutus.
M axima Danorum patrijs Regina triumphis,
E t meritis euecta tuis fatoque ſecundo:
H aud tibi noſtra breui memorarier horrida dicto
V ulnera poſſe putes: quæ ſæuo incuſſa Tyranno
N unc auſis tandem luimus iuſtiſsima noſtris.
I lle autem triſtes ſuperans Buſyridis aras,
I mmani vincit dirasque ac monſtra furore:
Q uas vnquam peſtes, quæue infortunia vidit
I nfundi lato Sol hic nitidiſſimus orbi.
E t nunc tute velis nunquam meminiſſe, maritum
O Princeps inuicta, tuum: cùm legibus eſſet
H æres, & noſtri fuerit pars optima regni:

Submo-

S ubmoto genitore tamen tam turpiter eſſe
P ræteritum: nollet cùm turba incerta paternum
H unc regnare Ducem: externi ſed principis acres
O ptarit faſces, peregrinaq́; fœdera noſtris
I ntulerit, læſo ceu conſtat Numine, regnis.
T raxit & huc etiam pacatos Suecia Gotthos,
V t non diſſimili tum rerum ſorte moueri
S e ſinerent, ac ſceptra Duci mandanda putarint
A lberto: cui Theutonicis tum nomen in oris
A cre fuit: noſtroq́ue etiam quem ſanguine natum
D uximus: atque adeò generis primordia veſtri,
C ommunesq́ue etiam numerare in ſceptra parentes.
Q uanquā haud ignorem, quæ tū argumenta maritus
V rſerit Hacquinus: Sueonum cum rura petebat
N ortuagico iungi ceu iuſta in fœdera regno.
S ed quid ego hęc nequicquā animis iā grata reuoluo
Q uidúe queror? ſunt noſtra odijs ſuffragia magnis
O buia, & alta luit meritas iniuria pœnas.
N amq́; in conſpectu poſitum eſt, quo pectore noſtris
I mperat Albertus. iam regni dulce fatiſcit
N omen, & effræni concedit iura Tyranno.
H inc cenſus acti toties, hinc lege tributa
S anguinea quæſita: hinc auri æriſq́ue metalla
C onuaſata diu, noſtriſq́ue è finibus amplo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I ntereà numero & ſtudijs ſubiecta ſiniſtris
V andalicas fertur miſiſſe aſtutus in vrbes.
E t fato toleranda ſuo fortaſſe fuiſſet
S ors etiam, rerum ni iam diſpendia, fraudes
P rædandiq́ue dolos ſcelere hoc cumulare recenti
O rſus, anhelantem triſti ſub Marte quietem
F rangeret: ac placidis induceret arma colonis:
A rma repugnanti quæ prorſus ſumpta Gradiuo
I ntulerint noſtris extrema pericula regnis.
H ac igitur rerum permoti clade, volentes
A d te deficimus: noſtri tibi maxima regni
C ulmina, ſceptra, fidem meritosq; dicamus honores.
N ec ſuſpecta velis Gotthorum fœdera duci,
A uerſosúe animos dictis aduertere noſtris.
S cimus enim quo iam pridem tibi Suecia facto
D iſpliceat, qualesq́ue interdum mouerit artes
V t ſuſpecta fiet, Danisq́ue inuiſa feratur.
P aucorum certè tanta eſt fiducia, vel quos
S pes alit, ac magni ſtimulat contentio regni:
V el ſcelus exagitat, furijsq́ue ardentibus vrget.
C ætera pars vt felle caret: ſic optat amatq;
P rincipe tranquillam ſub amico ducere vitam:
E t coluiſſe bonos, ſanctoq́ue accedere recto.
N ec tu pollicitis miſſo Oratore mouebas

Hos

H os animos: neque te nunc impulſore paternis
F inibus eximus: neque iuramenta retractat
G otthia, Margretæ precibus: neque pectora bellis
D eficimus victi. nos improba principis acta
A lberti cogunt patrijs excedere regnis,
E t tua ſupplicibus contendere Numina dextris.
T u regere imperio populos, tu fœdera noſti
A ſſerere, & pactis promiſſa iuuamina ſeruas.
N unc igitur fas eſſe ſinas Regina, volentes
A cceptare manu Sueones, ſceptroq́ue potiri,
Q uod tibi communi nunc offert Gotthia ritu.
B ella tibi, ſiquidem neſcis tibi bella parari,
S uecia Theutonicis cumulata cohortibus armat.
E t nunc militiam, ac rigidos celer ordinat enſes
M ilitibusq́ue gradus ſtatuit, ſortesq́ue phalangi
D iuidit Albertus. nec longa prælia diſtant
I ntercepta mora: funeſti triſte Tyranni
P ropoſitum celerat miro vicinia fuco,
A ccenditq́ue viro pectus, cumulatq́ue furores
I nq́ue tuos ſpargi iubet ardua tela colonos.
H ijs aduerſa malis iam nos tibi iungimus arma:
E t ſignis, Regina, tuis accedere Gotthos,
I ncrementa quidem fortunæ magna putabis.
H aud nos degeneres, neque rerum vana ſecutos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E xperiere viros.ſed enim quæ clara vetuſtas
G otthorum tribuit victricia ſigna iuuentæ:
H os animos, atque hæc fortiſſima pectora bellis,
T u tibi promittas, fidei ſit teſtis Olympus:
Q ui quòd recta colat, fallenti præmia reddit.
D ixerat Orator, varias crebreſcere voces
A uditum eſt, alijs aliud mirantibus, hiſce
S uecorum volupè eſt coniungi pectora Danis,
A tque vltrò veniſſe viros: quos nulla priori
C ogere vis ſeclo tam læta ad munera poſſet.
Q uidam ſuſpectos tam blandæ vocis honores
E ſſe iubent, Exempla aliter quam dicta vetuſto
M aiorum luctu rem conformaſſe probari.
K alffius (Erlando vetus hoc cognomen) vt aure
P ercipit haud eadem frendentis murmura vulgi:
N onné, ait, extrema fatorum ſorte coactos
C redideris noſtrum Sueones veniſſe ſub orbem?
A nnè etiam arbitrio tam viuos pectoris ignes
S ubſediſſe putes? magnumque premensq; neceſſe eſt
E ſſe malum, varios quodcunque in talia Suecos
I mpulit obſequia: vt vitam mercede paciſci,
E t ſua damna velint noſtris lenire triumphis.
D enique multiplici quamuis Regina ſuſurro
M iſceri voces, confuſaque murmura vidit:
C onſtanti tamen ora tenet rectiſſima vultu, Pru-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P rudenteſq́ue animi differt in tempora motus.
Q uin meritò ſatagens tractare volumine Gotthos
I n præſens equidem dictis affatur amicis,
E t meliora iubet miſeros ſperare: daturam
S eſe operam, rectè vt ſibi conſuluiſſe videri
E t ſtatuiſſe queant. ſe ſcire ingentia regni
V ulnera, nec primùm ſibi nunc ea damna referri
M ultiplicesq́ue mali cumulos. meminiſſe decebat
Q uale ſub externo regnum plerunque Tyranno
E ſſe ſolet, qui non, cui præſidet, optima genti
E xpetit: aſt proprijs laribus populoq́ue paterno
S ic ſtudet, vt toto huc impellat commoda riuo
C ognataſq́ue domos, & iunctos ſanguine ditet.
Q uæ tamen hijs Abrahame mihi reſponſa putarim
D anda malis: vbi venturo tibi craſtina Sole
V enerit aucta dies, expenſa per omnia reddam:
E t fieri quæ poſſe putem, narrata recludam.
H æc vbi dicta dedit, recreatos voce fideq́ue
D imittit Regina viros. ſuccedit ab ortu
T aurus, & ingenti colluſtrat lampade terras,
A duerſoq́ue ſuos mergit Caper ordine vultus.
T um lapſum molitur, equoſq́ue in tartara tendit
P hœbus humo propior, ſubigitq; in corpora ſomnos
O ciaq́ue exquirunt homines, & nocte quieſcunt.

C. ERAS-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

MARGARETICORVM

LIBER IIII.

AT Regina graui nocturna ſilentia motu
Voluit,& accenſis curarum fluctibus ardet.
Sicut vbi ingenti latratu magna canum vis
Comprenſam ſyluis atq; inter luſtra ferarũ,
E xagitare ſolet formoſam corpore Ceruam
E t vario turbare metu: ne tuta morari
P oſſit & impauidam demergere in ocia vitam.
I lla autem ſtudioſa viæ, tum gnara locorum
N on veſtigantes tantum deludere: magnis
Q uin etiam inſiſtit contorquens ſaltibus armos,
I mpellitque pedes celerique elabier auſu
T entat,& in tutas proferre cubilia ſedes.
H aud aliter Margreta feros cum cogitat enſes
P rincipis Alberti,& quanta iam feruet ab ira
V t miſeram premat ac curis inuoluat acerbis:
L atè animos partitur. at eſt ſolertia menti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E tpietas ſic iuncta, vias vt norit: honeſtè
S e quibus expediat, tantoſque infregerit auſus.
C onſiliumque deos & cœlica Numina poſcens
I nſiſtit precibus lacrymiſque ſequentibus vrget.
M ox veteres rerumque vices, & multa reuoluit
F acta patrum: quibus iſta bono res Gotthica ceſſit,
A ut quibus in triſtes verſa eſt contentio luctus.
E t ſimul Haddingi fatum memorabile mentem
I ncitat: Hothbrodi facinus: Roluone perempto
D anorum ſtrages: Hiartuari turpia Regis
P rælia, & effręni cædes reditura Tyranno.
N ec primi tantum Procerumque & iurgia regni
S ed vicina etiam bellorum tempora, cauſas
E uentuſque animo triſtes perpendit: & omnes
E xplicat articulos, fatique laboribus hæret
S ollicita, ac vario cumulat ſuſpiria motu.
P ræcipuè miro tacitam diſcrimine mentem
I n diuerſa rapit, dubijſque pauoribus auget,
T heutonicis quæſita viris, quæ magna recenti
D icitur Albertus coniungere fœdera pacto.
H aud rem conficier momento poſſe, ſuperbi
S i tandem Sueones peregrinis viribus aucti
I ngentes pelago claſſes, & maxima terris
A gmina Germano nitentia robore cogant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

G otthica iam dubijs nutare laboribus arma:
P oſtquam diſſideant animisque & pectore regno
P ræcipui, & rabido lacerent ſibi viſcera morſu.
S ed diuûm te magne Pater, te deprecor: adde
C onſilijs firmos, & pectora ſuffice, motus.
H as equidem Vetterus opes & munera ſpernit
Q uæ gerimus: titulosq; premit, vicina peroſus
R egna, quibus primæ tamen incunabula vitæ
E xortumque trahit: ſeque in ſua culmina mittit,
I ngenio tumidus cæcisque obnoxius iris.
S ed tamen humanos oculus Iouis aſpicit actus:
C ognoſcensque etiam iuſta ſub lance piabit.
T alia commoto princeps in pectore multa
V erſat, & ingentes animum partitur in iras:
C um ſimul inducto thiaris generoſa reclinat
M embra thoro, mediasq; inter pulcherrima nymphas
I n conclaue ſubit ſtratoq; recumbit inani.
N ullus Acidaliæ patuit locus, omnis & omnis
M ollities aberat: non ſparſo turpiter oſtro
L uxuriabat humus: neque murice tincta recenti
S tragula, nec picti ſubigunt pauimenta Leones.
V nus erat lepida paries diſtinctus ab arte,
I n quo multiplici pictura nitebat honore:
I nſignes complexa fretique ſolique figuras,

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t vario pandens circumflua littora cultu.
Q uatuor hîc nitida radiabant condita dextra
C orpora: quæ certis diuûm ſententia pœnis
I ntulit, ac celebri veſtiuit funera letho.
Q uis Cyrum? aut gratos Aſſueri coniugis artus,
H amaniq́ue dolos canet? aut ludibria ſtulti
C andaulis? dedit has ſpectari læta figuras
A rsq́ue manusq́ue viri, meritos qui ritè colores
T emperat, ac iuſtis inducit viſcera formis.
T um verò egregio ſtabat ſpectanda labore
O mphale, & Herculeæ ſubmittit penſa ſiniſtræ.
I ngens hunc clypeus iuxta ſuſpenſus ab vnco
H ærebat ramo: cui fibula lata rotundum
I nduit vmbonem: limboq́ue extrema recondit
I n medios gyrata ſinus: vbi ſumma profundi
T egminis vmblico tortos ſe flectit in orbes,
F ormaq́ue ſubductos trahit in ſua vincula nexus.
H ic ſpacijs aliquot varia ceu claſſe diremptus
H erculeos ſolido complectitur ære labores:
V t tum viſa ferunt, minio quæ ducta, vel auro
O blita, ſeu Venetis expreſſa coloribus albent.
N ulla tamen toto conſpectior agmine Virtus
E nituit, quàm Threijciæ ſurrepta maritæ
B althea, & oppreſſa deſcriptus Amazone campus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A rdua telorum ſtabat, ditiſſima meſſis,
S tabant ingentes arcus, iaculiſque pharetra
P lurima plena citis, & arundine fœta volucri.
M ulti etiam nemorum fines, multique receſſus
S yluarũ ſtabant: manus hanc quibus æmula laudem
I ntulit, vt viuas ſyluas viuumque putares
Ae quor, ab Euxinis Maleam quod diuidit vndis:
T hreijciaſque arcto vicinius alluit vrbes.
H oc clypei decus, hic ſupero labor æquus Olympo.
A ttamen Alcides populorum victor, & idem
A rdua monſtrorum peſtis, cui terra poluſque
C eſſit, & æternos ſubmiſit Græcia faſces:
M ancipium dominæ præſtat, dextramque potentem,
Q ua tot monſtra domat, tot feruidus effera ſternit
C orpora, tot clades infandaque prælia vicit,
I nſerit in telam: & veteri virtute relicta
P enſa trahit, calathoque manus & brachia laſſat.
H æc tum præcipuè fuerant ſpectanda cubili
O rnamenta: quibus Margretæ obuerſa periclis
M ens refici, & bello finem iam cernere poſſet.
C um velut augurijs, vbi neſcia pectora veri
C onfirmantur: ineſt ratio ſua motibus: & res
I udice nonnunquam cœlo conſiſtit: habentque
E uentus, quæ ſigna animo mens recta figurat.

Iamq;

I amq́; Oratores Margreta principe miſſi
I n Sueones veniunt, Regemq́; & ceſſa petebant
A tria Magnatum, quà tum vaſtiſſima lætos
S uecia conuentus magnis de rebus agebat.
H uc ſubeunt, iuſtisq́ue dari ſibi vocibus orant
P rincipis acceſſum. quæ vox vt venit ad aures
P rincipis, actutum, tanta eſt fiducia, mandat
I nduci. properant: rectumq́ue in verba profati,
I ntrepidi referunt Dominæ mandata, vagari
C onſtantem populis famam: tot regna, tot vrbes
O ppleuiſſe etiam, quæ bella manusq́ue parari
I n Danos. Belli vox vt percepta, parumper
C allidus inflexit vultum, atque in verba locutus
P errumpit: turbatq́ue etiam & ſermone repellit
L egatos, varijsq́ue agitat clamoribus iras.
I lli vt erant diro ſuſcepti more reſiſtunt
A ttoniti. tamen eximio quia robore fultum
P ectus erat, cauſæq́ue etiam bonitate vigebat,
I nceptum Legatus obit: rigidusq́ue precatur
T ranquillis audiri animis mandata. referri
A rbitrio non ficta ſuo: ſed tradita narret,
E uentus magni cauſa: quocunque futuros
A ſtra ferant caſus incertaq́ue tempora voluant.
S ic ait, ac meritis in iurgia motibus ardet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

O rator,magnaque etiam tum voce locutus
C olligit eximios in dicta ſequentia vultus.
H as equidem Albertus turbaſque & murmura,ſi quā
F ama fidem, veterumúe queant monumēta mereri
E xcitat,immani ſuccenſus corda furore
O b Gotthos: quos noſtra recens in amica profectos
O ppida cognouit: totaſque adducere vires
M argretæ auxilijs,patrioque excedere regno.
S ed tamen vt res eſt ſedato vtcunque tumultu
C ompoſita,ac rurſus tenuem ſperare quietem
C eperatiè Suecis quidam conſurgit,& acrem
A lberto bilem commotaque pectora lenit
B landior,ac faciem clarus. Tibi firma caleſcunt
R ex meritis accenſa malis præcordia dixit:
I ureque conſuetos ridemus in hoſtibus auſus.
A t contemne volens: quidque adferat iſte,quieta
M ente cape.hoc ſiquidē melius. tete eſſe Monarcham
V t deceat meminiſſe,ita contempſiſſe profanas
Q uorundam voces inſulſaque guttura laus eſt.
A uguror & quædam dicturum,grata bearint
Q uæ tete Regem. Iam pridem Scanica reddi
R ura petis. Quid ſi miſſus tibi Scanica reddat
P rædia Legatus? neque enim Margreta putarit
C onſultum, Sueones in bella atrocia cogi,

Exci-

E xciriúe manus noſtras úe mouerier vrbes.
F inierat Suecus: cum Rex ambage remota
I mperat actutum Dominæ mandata profari
L egatos. Hîc Orator neque territus vſquam,
C onſilij nec egens, tali eſt ſermone ſecutus.
H aud mihi Scanenſis commiſſa negocia regni:
N ec tibi tanta putes ſine ſanguine reddere noſtram
P rædia Margretam: non hoc ea pectore rura
P oſſidet, vt vano tantùm tibi maxima nutu
C ommoda concedat: quæ prouida ſtipat ab orbe
S canenſi, & Geticos propter dat ſurgere montes.
H aud ſibi promittant tantos inſomnia quæſtus,
P arua nec ingentem referunt impendia fructum.
A urula non equidem rigidas euerterit ornos,
G randia nec breuibus capiuntur corpora tænis.
A ut monſtro ſimile eſſe neges: ſi forſitan vnus
C onſertos patrio tres vincat Marte Leones?
F ortia ſint, alios quæcunque in vincula mittant.
Intereà toti fas ſit mihi ferre coronæ,
Q uæ nos cauſa duos veſtra hæc ad iurgia mittit.
F ama volat noſtraſque aditu penetrauit in vrbes,
P rælia moliri, magnaſque in regna cohortes
M ilitis externi te cogere: robora duci
T heutonicis excita plagis: concurrere paſſim

Quas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Q uas Alberte ſoles mercari in prælia turmas.
H anc equidem Regina manum, quam tute valentem
V ndique contracto regnorum milite firmas,
A te Rex vicina rogat, quo ducere tentas:
C onſilioq́ue tibi quo demum hæc ſigna pararis?
I pſa quidem varijs quæ ſpargi vocibus audit
P lurima partitur. Si quicquam in pectore geſtas
Q uod tu hoſtile potes meritis euincere noſtris,
Q uoq́; putes iuſto te Marte laceſſere Danos,
C onfiteare bonus planoq́ue fer omnia dicto.
S ic ait, antiquo natus ſplendore domoq́ue
G rubborum, tacitosq́ue animi premit impiger ignes
D iſſimulans: quamuis ingenti exæſtuet ira,
E t ferat haud molles tanta in faſtidia vultus.
H uic comes in Sueones belliq́ue & pacis alumnus,
I uerat Haggæus: primis cui nomen ab annis
P uddero fuit, ac campos ditione tenebat
C imbriacos: animoq́ue etiam præſtabat & vſu
M ultiplici rerum ac meritum affectabat honorem.
T um certè egregia ſocium ſe laude ferebat:
I mpauidusq́ue etiam Sueonum reſponſa moratur.
C um ſubitò populi multum diuerſa frementis
S urgit, & auditu crebreſcit murmur inani.
I pſe equidem magna tum voce ſilentia princeps

Merca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

M ercatus cohibet frondentibus ora miniſtris:
C ompeſcitque manu fremitus,& talia fatur.
D ane,quid in noſtras quæſitum adueneris vrbes,
Q uidúe petas, ſi me neſcire fateberis,eſſem
I s ſanè: quem me iam pridem fingitis eſſe
I gnauum,ac tenui manifeſta in lumina ſenſu.
N unc alios fallas.ego te qui plurima fando
C ommemorare potes,lateque aduoluere cauſas
B ellorum,& noſtris miſcere pericula regnis
N atura ſuadente ſoles:dignabor honeſto
R eſponſo tamen:& quid me dixiſſe decorum,
F asque efferre ſiet,non quid mereare,profabor.
M ens mihi tot longo cumulata pericula bello,
T ot clades populorum atque hæc immania noſtris
P ondera vel regnis,vel gentibus arma,ſecundo
F œlicique Deo ſemel excuſſiſſe: patique
V el potiùs ſuprema,vel hanc certare palæſtram
M alle equidem:quàm perpetuis perculſa periclis
P ectora nequicquam dubio fulcire bonorum
E uentu: quantumque dies ventura moretur,
E xoptetúe dari diuturna in fœdera pacem:
T antum animis hærere. nihilq; in damna metúsue
A mplius aut ſupereſſe mali,aut ſuccreſcere poſſe
H æc quod regna luant.tanta eſt iniuria,qua ſe

O bterere hæc ſatagunt collatis viribus arua.
V icinas equidem noſtris regionibus oras
S ic facibus ferroq; & atroci militis ira
V aſtatas, penè vt veteris iam gloria regni
E xcidat, ac campis iam duret inanibus. vrbes
A bſumptas flammis, verſosque in raudera pagos:
D iſperſosque homines, patrijsque è ſedibus, & re
L auta exturbatos: paſſimque errare pauentes
O biectosque fugæ. Non hijs Margreta periclis
F rangitur, & nulla patitur ſe clade moueri.
D enique iam pridem Scanenſia prædia reddi
C ùm peterem, nihil aſſequor. hãc ego milite cauſam
N unc agere armato, & telis finire paratis
C onſtitui. dabit euentum mihi dextera, quam vel
N umina, vel ſtudij virtus ſibi conſcia firmet.
N ec tibi quicquam aliud reſponſum vocibus iri
O rator credas. ego te quod iura Deosque
P ermetuam, nulla violatum clade remitto
I n patriam. noſtras ne quid Legatus in vrbes
A mplius accedas, dictisúe palatia turbes.
S ic ait, exiliens nitida de ſede ruebat
A lbertus: circumque canes populique fremebant:
S ummaque diffuſos iaciunt in ſidera plauſus.
C umq; ita turbantur, ſtolido Grubberus ab auſu

Ingen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I ngentes motus venturaq́ue prælia prudens
P rouidet. vltores ſcelerum depoſcere diuos,
Q ui pœnis Nemeſin iuſtum referentibus armant:
E t pariter ceſſit, patriasq́ue reuertitur vrbes
I ncenſus flammis animum, cùm mitior eſſet
I s tamen, ac cauto celaret vulnera ſenſu.
V oluitur ætherei domus omnipatentis Olympi,
E t iunctos aurora means in ſidera currus
E xplicat, ac ſuperi petit aurea culmina mundi:
O mnia cùm terris animalia ſomnus haberet,
E t gelidæ vires diffuſaq; frigora noctis
A ltiùs optatam ſubigunt in membra quietem:
C um ſimul excuſſa languentis imagine ſomni
I ngentes animi curas Margreta reducit,
V eſtigatq́ue aditus fato: quibus obuia tantis
V enerit vna malis: quibus ardua bella gerantur
A uſpicijs, quo tela modo, quo principe, quoúe
T empore, quo ductu: tum qua Regione, quibusq́ue
A uxilijs peragi tam dura negocia poſſint.
D enique quæ Gottho nunc ſint reſponſa petenti
D anda viro, ſocijs qui iam comitantibus vltrò
A ccedit Danis promiſſaq́ue plurima ſpondet.
M ulta equidem ſubeunt animum, multisq́ue recur-
O rdinibus curæ: non vna in parte veretur (ſant

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F ortunæ dubios ſuſpectaq́ue munera vultus.
H inc Sueonum vires, hinc fœdere Theutones actos
H oltzaticosq́ue duces vicinaq́ue cogitat arma:
Ae reque conductos populos, qui lucra ſequuntur:
E t ſibi militiæ pretium ſua commoda ponunt.
T alibus excutiens ſomnum Regina fatigat
P ectora, & ingenti cumulat ſuſpiria motu:
P rotenſaq́ue manu diuosq́ue & Numina poſcit
A uxilium: & ſummo ſe feruida principe Chriſto
D ucier, auſpicijs & agi cœleſtibus orat.
V t tamen hæc varijs meditatur fluctibus, altus
R urſus init ſuaui recreans aſpergine ſomnus:
E t ſoluit curas animumq́ue ſoporibus abdit.
C um ſimul ac oculos nitidis ſubduxerat aſtris
M erſa Deo, ſacriq́ue valens bonitate cerebri:
V iſa animum ſubeunt diuis immiſſa beatis
S piritibusq́ue bonis: quales Deus ipſe figuras
S uggerit humanæ, cum cœlo eſt ſubdita menti.
P roſpera viſa, Deûm ſoboles pignusq́ue Tonantis,
H umanos firmans & triſtia pectora ſenſus.
T um Regina etenim manifeſto in lumine vidit
I ntrantem thalamum foribusq́ue patentibus intrò
M ittier Hacquinum: cui lecti pignore dudum
I uncta beata fuit, primosq́ue ſacrauerat ignes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

O s humeroſque Deo ſimilem, vultusq; manusq;
E t carnis pariter reparatæ membra ferentem.
V tque etiam lecto properat complexus amatæ
C oniugis aſpectum, ſolita dulcedine frontem
P andit, & ætherea compellat voce maritam.
Q uid dilecta Deo cœlumque & magna fatigas
N umina ploratu? quid tantos pectora motus
I ngeminant? alta cur nocte ſilentia rumpis
E t tua multiplici violaris lumina planctu?
F ide Deo, proprijsque etiam virtutibus inſta:
I nuictaque manu violento accingere bello.
E xtremos fati tetigit iam Suecia curſus:
I nſolitumque onus & ventrem turgeſcit inanem,
N ec ſe ferre poteſt. nunc hora doloribus inſtat,
Q ua pariat, quas fœta diu concepit Erynnes:
E uertatque fero violentam Numine gentem.
S cis coniunx, ſcis ipſa quibus iam Suecia pridem
E micat aucta malis. iam mors funeſta perempti
P rincipis, Holmenſi qui raptus ab agmine, ſæuo
O ccubuit ferro Birgeri filius (illa
H oſtibus inuiſi ſoboles pulcherrima patris:
Q uique ſuis liber meritis aliena luebat
S upplicia, & ſtulta populorum lege peribat)
I n foribus vocat ac pœnas cum ſanguine poſcit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ut quis aui tandem mœſtiſſima funera noſtri,
E uerſasque ignorat opes? quis mortis acerbæ
N eſciat euentus tum, cum crudelia fratris
P ectora in immeritos cumulabant triſtia fratres
C arceribusq́ue necant? res eſt ea luctibus vna
M aior, quæ patrias, ne quid dubitaueris, vrbes
O pprimet: ac ſimili compleuerit oppida planctu.
P oſtremò noſtrum quæ iniuria magna parentem
I mpulit extremo vitæ ſub fine vagari,
E xcuſſum patrijs ob fœdera Danica regnis?
Q uid verò & de me coniunx fidiſſima dicam,
Q ui quanto intereà confectus membra dolore
O ccubui: dum vel regno ſpoliabar auito,
V el patris expulſi liquidis rimarer in vndis
F unera, & aduerſo peterem ſub flumine corpus:
I gnorare nequis: noſtri cùm plurima luctus
P arsq; comesq́ue ſies, cladémq́ue è vulnere portes,
H as nunc Dij reuocant in iuſta examina mortes:
S uſpenduntq́ue iterum contextam crimine telam
M ultiplici, & veteres referunt in prælia cauſas.
C umq́ue tibi furijs agitata minacibus enſes
S uecia iam tendat, turbetq́ue maligna quietem:
T u forti ſis contrà animo: atque audentior ito
Q uò tua te fortuna vocat, cape maxima cœlo

Omina,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

O mina, & ætherio gladios committe Tonanti.
H aud, quia magna ſiet Sueonū manus, arma putabis
D etrectanda. viros ſuperabis fœmina ſummo
P rincipe freta Deo: qui quos tibi ſæua minatur
S uecia, iam molli diſpenſat ſorte dolores,
A uertitq́ue etiam gemitus, & bella gubernat.
N ec tu Theutonicam coniunctaq́ue robora gentem
P erme tuas. minor eſt virtus, vbi multa coirint
A gmina. non numero ſed vi protriueris hoſtem
P ectoribusq́ue bonis. tua te fortuna beatam
S eruat, & inſtanti cumularit læta triumpho.
V tq́ue etiam quæ ſint venturis fata Monarchis
S cire queas: magni Iouis accipe dicta, parenti
P rodita dicta meo: quo tempore pulſus auitas
L inquit opes, noſtriſq́ue gemens conſedit in oris:
N ortuagiosq́ue inter Superos colit aduena montes.
I s mihi non vanus memorat, quæ fortè diebus
P oſtremis totas regnorum funera gentes
E t quæ damna premant. diuûm tibi iuſta voluntas
P andit, & hæc ſero deſcribit fata nepoti.
P oſteritatis enim quanquam præclara futuræ
S it ſeries: tamen inſtabiles patietur honorum
A cceſſus, varioq́ue feret diſcrimine celſos
R egnorum faſces, grauibusq́ue erit aucta triumphis.

Tuque

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T uq́ue adeò monitus, quantū potes inclyta, noſtros
O coniunx perpende. Deos cole: ſicut & illos
H actenus æqua colis. Supero tibi regna parente
H æc tria parebunt. quantumq́; extendere vitæ
T empora longa queas, tantum tibi iura volentes
D etulerint populi: nuſquamq́; excedere pacto,
N ec turbare velint diuturnæ pacis honores.
T u quo more ſoles ſapienter in omnia mentem
T ende tuam: Sueonesq́ue æqua ceu lege ſuoq́ue
S tringe modo: ne quid vel blandas aſpera lædant,
M ollia vel ſæuas reuocent in iurgia gentes.
S cis meriti quantum populo debetur vtrique:
E t quantum tractare potes. Nortuegia certam
P ræſtat alitq́ue fidem. ſaltem conantibus adde
O fficium. nuſquam ceſſauerit integra, quin te
N on dominam ſolùm, ſed re complexa parentem
A ſſeret æternæ, tanta eſt conſtantia, laudi.
S uecia principibus fida eſt tantiſper, auitis
I mperitent dum legibus: & ſine fraude potentum
I ura domosq́ue ſinant patrio conſiſtere ritu.
V lteriùs gens iſta pati nil ſueta, furores
S pirat: & inſano cumulat ſibi funera bello.
H ic igitur quantum ſapiens te extendere, quantum
C ontrahere, & quantas te in formas vertere poſſis:

Diſpi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D iſpiceas.ſupero ſubmittas tota parenti
C onſilia,& cœlo res perfice cauta magiſtro.
T um nequicquā etiam ſobolem caſtiſſima noſtram
A ut regnaturam ſperes,aut fata per altos
V oluere poſſe gradus.prohibēt hanc numina ſceptris
E t faſces æquare vetant.iuuenilibus annis
P erfunctum,inferijs tumuloque ornabis Olaum
M œſta etiam,& magnæ finem dabis vltima ſtirpi.
S ecius at tantum nihil omen & ardua rerum
P ondera pertractes. fatis inſiſte,ſimulq́ue
V tere ſucceſſu.Tum te confiſa Deumq́ue
A uſpicijs nihil immani vel territa bello,
V el ſtudijs perculſa virûm,quæ magna tuisq́;
V iribus æqua putes nullo prohibente ſequâre.
P òſt vbi defunctæ ſoluant tibi ſtamina Parcæ
I n cœlos animam mittes: ſed ſacra locabis
C orpora Sorenſi non permanſura ſepulcro.
I nde equidem audaci ſubnixus pectora facto
T ransferet Antiſtes: translataq́ue protinus oſſa
S ub Roſchildenſi ſtatuet gratiſsima buſto
M armoribusq́ue teget:medios vbi gyrat in orbes
S e Chorus, & rutulo veſtit ſacra ſigna metallo.
E x illo tibi nomen,honosq́ue & maxima geſtis
G loria rebus erit.quantumq́ue in longa propinquet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S ecula poſteritas, tantum celebrabere: tantum
T e Lyra, te Cytharæ, te Vatum Muſa coronet.
N ec tibi fruſtra etiam cumulabunt vota Poëtæ:
M agna eris, & diti penſabis carmina lance,
T e quibus in cœlum ſuperique palatia regni
T ollent, & ſero referant tua bella nepoti.
H ic tibi curſus erit, meritæque nouiſſima vitæ
G loria. conſtanti ſubmittas pectora fato,
E t benè de Superis ne ceſſes læta mereri.
P oſtquam cœlorum te Regia cepit, habenas
I mperij capiet Pomeranis tractus ab oris
T e princeps ſuadente, vnoque è ſanguine tecum
C ommunes partitus auos: cui plurima circum
T empora ſors variet, miroque volumine cæcos
A lternet fortuna gradus. ita laxus vtrunque
E xperietur onus bellique & pacis. inani
P lurima conatu tentabit: & inclyta multis
I mplicet arma malis, violentaque bella mouebit
A ſtutus. cui ſi non Anglia clara dediſſet
V xorem, quæ conſilijs ſapientibus omnem
I n ſe regnorum curam transferret, & æqua
C onditione viros tractare ac munera poſſet:
H aud diuturna forent expulſo ſceptra Tyranno.
I lla reget populos virtutibus, atque mariti

Aſpera

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ſpera facta domet, monitis ſubnixa beatis
C onſilijsq́ue bonis. ſedenim quis fata Deosq́ue
L uſit,& in vanos detorſit ſidera vultus?
Q uod viſum eſt Superis,ſemel eueniſſe neceſſe eſt.
V t mores homini,ſic ſunt ſua iura Tonanti.
V ix etenim effugiet triſti quin linea planctu
V ltima claudatur:regnisq́ue exutus egenti
P erſimilis miſeram ſic vitam finiet: vt nil
Q uod dignum quis Rege putet,ferat exitus: & res
A nguſtas certè tam lauta exſpiret in vmbras.
A ttamen & ſpolijs regnorum vt onuſtus abibit
I nfœlix: tituloq́ue etiam lætetur inani,
E t Gotlandiaco deſertus rure ſeneſcet,
I nuiſus certè populis: vtcunque minores
H æc vel iura ferant,Procerum vel facta notarint.
P oſt hunc delitiæ generis pulcherrima noſtri
G loria, Bauaricis princeps accitus ab oris
I nſeret in faſces dextram. Dij quanta trophœis
C ommoda,& in quantos Pomœria tendere fines
P oſſet, conſilijs ſi non corruptus auitos
E xueret mores: ingrataq́ue multa ſecutus
C ontrahat infandum petulanti crimine nomen.
C ertè equidem natura bonum formarit, eumq́;
V t lucem obijciat tenebris: quo Rege quietem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t ſibi tranquillos ſperarit Suecia faſces.
S ed tantùm hunc terris oſtendent Numina. vix ſe
I n duo luſtra feret tam blanda potentia, cum mors
A uferet è medio iuuenem, mergetq; ſepulcris
E t florem ætatis ſcelerato cuſpide ſternet.
T andem alio ſceptris orietur linea ramo
A ltenburgiacis educta potentibus. vt quid
H anc Coniunx ſeriem, generiſque volumina veſtri
T antoperè miraris? habent & Numina cauſas
C ur genus, & magni nonnunquam ſanguinis ortus
E uarient. nos ſcire nefas quid ſidera voluant.
E t tamen illuſtri ſuccedent ſorte minores,
E que tuis etiam pars hæc maioribus extet.
P rimus in has clarus magnis virtutibus oras
V enerit is, cui cura Deûm & patientia cordi
S ic erit: vt quamuis deterrima funera bellis
E xplicet, ac grandi compleuerit æquora claſſe:
D um Sueonum auerſas quatere & proſternere vires
C ertet, & ingratam reuocet ſub fœdera gentem:
H aud tamen & mentem cœleſtibus auferet aris:
C ontemptoſúe Deos ſcelerata in pectora mittet.
I nuitus certè bellorum dura ſequetur
C onſilia: & quantum fas ſit, pia commoda pacis
S uaſerit, ac magnis in rem conatibus ibit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I lle equidem patrias æquatis legibus vrbes
E t bonitate reget. quo primùm rege Lycæa
H ijs Deus inſtituet regionibus: vnde per omnes
F ama quidem populos,& honeſtæ gloria laudis
S parſa redundanti cumularit regna triumpho.
H inc alius magno diuûmq; hominumq; fauore,
I mperij frænos & ſceptra adit alta: beatus
I pſe etiam: ſi cui vel virtus clara, vel omnis
S ucceſſus rerum neque fracta potentia donet,
V t fœlix ſiet: ac merito ſit iure beatus.
O mniū hic inſtar erit. quid enim? bella horrida, bellis
O buia bella geret. Dij quantum vaſta cruoris
H auſerit vnda ſali, quantumq́ue aſperrima Gotthis
F undier aſpiciet cumulato funere tellus.
N ec bellis tantùm, ſed honeſto fœderis vſu
M agnus erit: pacemq́ue colet. quantumq; per omnes
F actorum numeros graditur, dum culmina firmat
I mperio, tantum pietate inſignis et æqui
L umine iudicij cunctos ſuperauerit: Vnus
T am fidei pactiq́ue tenax, quàm fœdere vindix
P erfracto,& ſæuis dare tergora neſcius armis.
D eniq; conſilijs facilisq́ue bonusq́ue remotas
I lle etiam gentes & diſſita regna iuuabit,
H eroum ſimilis: cui non impunè proteruis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I nſultaſſe minis ſe quis lætetur. honeſto
P rælia Marte geret, pacemq́ue exquiret ab armis.
V ltimus hoc veniet generoſo patre Monarcha,
S pes generis, magnæq́ue etiam pulcherrima ſtirpis
L inea: ſi duris ætas obnoxia fatis
S e redimat nexu fructumq́ue laboribus addat.
H eu quantum incerti caſus, quantumq́ue dolorum
E xperietur: vt ingenti triſtiſſima bello
F unera ſectetur, mergatq́ue cruoribus vrbes.
N on hunc deſtituet virtus fortaſſe potentem,
S ed fatum crudele premet: quodq́ue vtile multis
E xpetit, obſtanti tardatus acumine nuſquam
P erficiet. nihil eſt adeò connitier, acri
C um ſe pœna gradu ventura in crimina mittit.
P oſt hunc quæ patriæ facies, quæ linea regnis
Q uiſúe modus grata ſub libertate ſequatur:
A ut quali demum fortuna volumine duret,
N ec fas ſcire mihi, neque prodere cuncta neceſſe eſt.
T u ſaltem dilecta Deo da creſcere circum
P ectora virtutes: ſuperiſq́ue authoribus vrge
P ropoſitum, & nullo metuas concurrere bello:
A lbertiq́ue minas eductis frangere turmis.
T e mihi poſt mortem ſuperiq́ue & Numina reddent,
C oniunctiq́; Deos celebrabimus: inde perhenni

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F œdere cœleſtes inter pars aurea diuos
S ic erimus, nihil vt turbare ea gaudia poſſit
A mplius,& claros ſpectes regnare minores.
D ixerat Hacquinus.facili tum caſta labello
O ſcula delibat, vultusque amplexibus abdit:
C oncedensque iterum ſolitas petit integer auras,
E t iunctus diuis cœlo ſua membra locauit.
E xcutitur ſomno,ſecumque ſtupeſcit, an hæc res
V era ſiet:veráne iterum ſit voce maritus
M ortalique etiam formaque ac ore locutus?
C umque diu varijs animum feruoribus vrget:
E xtulit in ſuperos rorantia lumina cœlos,
E t tali fama eſt gemebundam voce locutam.
I uppiter omnipotens: quia te dare proſpera ſolum
N ouimus arma Deum,& fauſtas vrgere phalanges:
H æc mihi conſilio non prælia cepta procaci
P erfice. tu magni non mollia dicta Tyranni,
T u noſti ſtudium,mea quo ſubmergere cladi
R egna velit,longasque mihi celerare ruinas:
E t premere æterno gerimus quæ culmina luctu.
D a Pater adiutam cœlo me ſentiat eſſe:
D iuorumque manus & robora noſtra deinceps
E xperiatur. erunt ſacri rea pectora voti,
H isque mihi ſemper meritis tutela ferare.

Sic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S ic ait ingeminans, aliqua tum parte moueri
V iſa fuit tellus. omen Regina tremente
E tellure capit: diuosq́ue iuuamina poſcit,
P ectoribus iam firma bonis & freta Tonante.
Inde autem accerſit conſtantem læta Senatum
P ridiè in hanc dominæ iuſſu qui venerat vrbem
E patrijs accitus agris. vbi venit, honeſto
A ffatu dignatur, & his tum vocibus infit.
F eſtinate viri. neque enim nunc tempus & arma
A ut longas diſtricta moras patiuntur haberi:
A ut perplexa meis reſponſa laboribus eſſe.
C onſilijs opus eſt animoq́ue & pectore. quo ſit
N oſtra loco mecum pariter fortuna videtis.
S cania funeſtis oppleta doloribus ardet:
H allandos inter iam dudum maxima lucos
P ars miſeras clades extremaq́ue funera vidit.
N ec tantis finem dabit æmula Suecia factis:
G raſſari contendet, agros vaſtare virentes,
N osq́ue etiam regno exigere, aut immergere letho:
E xtremisq́ue malis deuictam iungere morti.
T u verò noſti quo pridem fœdere mecum
B ella probas. idem mihi feruor in arma fidesq́ue
V na manet. neque me diuerſam ſentiet eſſe
A lbertus: poſtquam conſtanti nouimus ipſum

Eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E ſſe malo,& nullo factorum examine duci.
N am qua Legatos pietate exceperit, iſtuc
Q uos veſtro miſi tentatum ſingula iuſſu:
I am fama patet,& nimium meminiſſe dolori eſt.
P ræterea è Gotthis,qui nobilitate putantur
P ræcipui,Danas acceſſit robur ad vrbes:
S eque ſacramento noſtris obſtringere regnis.
D e quibus hæc equidem mihi ſtat ſententia: ſic me
A uxilio tandem quærentibus eſſe futuram,
I n noſtras ſi rura manus, ſi regia tradant
O mnia,& auguſta ponant mihi ſede Coronam:
S ubijciantque meis iurata palatia regnis.
A ſſenſere omnes,animumque in ſidera plauſu
E xtollunt:ſtudiumque iuuant,& fortia laudant
P ectora. Tum verò Gotthos Regina vocari
I mperat,ac tali venientes excipit ore.
Q uæ vos multa diu toleratis triſtia Gotthi
N ouimus. Heſterna ſedenim quæ luce petebas,
H oc mihi ſunt expenſa modo,ſic fanda Senatus
C omprobat: Imperio ſi vosque & Gotthica noſtro
C ulmina iungatis,pariterq; pericula mecum
S uſcipere,& rerum ſortes perferre velitis:
T um meme auxilio afflictis,ſociamque futuram:
V t veteri rurſus ſub libertate quieſcens

O Rura

R ura paterna colat, domitiſque hoc Marte Tyrannis
S ub nobis patrios dilatet Suecia faſces.
F orſitan iſta quidem dura ceu pacta videri
C onditione queant. Sed te meminiſſe decebit,
F ortunam vitamq; & opes, & quicquid honoris
A veteri partum gerimus patre, protinùs hiſce
B ellorum flammis dubias inducere ſortes
E uentuque premi. Nec notum eſt alea quorſum
V ictoris partes incertaque prælia voluat.
P oſſe quidem (quæ dij tamen infortunia pellant)
I d fieri, motis vt aquis turbata bibamus:
E xiſtantque meis mihi parta pericula regnis.
O ptatis non certa fides, fortuna ſubindè
L udit, & aduerſos fert in tua commoda vultus,
E t ſperata negat. quòd ſi ſuccumbere tanto
M e bello victam, & clades contingere poſſet
H as ſentire: quid iniuſtum gens preſſa querare,
G otthica victori ceſſiſſe palatia Dano?
S unt ſua cuique mala, & proprijs inſcripta periclis:
H æc maiora ſibi peregrino reddere luctu,
S tulticia eſt. animos ſi verò ampliſſima rerum
E molumenta mouent, forſan ſpectaſſe videri
C ommoda certa queas, nec te reprendat atroci
F ama moleſta ſono: in reliquis modus optima res eſt.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H æc igitur ſi iuſta probas, tibi cuncta ſecundo
O mine polliceare: ego regna viroſque manumque
A uxilio validam compertaque robora Gotthis
O btulero: & belli molem in mea viſcera vertam.
A t ſi diuerſa cumulas mihi prælia mente:
N ec tibi præſidij quicquam, nec tela, nec enſes
D ania præſtarit. noſtro non læta cruore
C eperis, & ſolito pretium pòſt more rependas.

D ixerat. illi animis Reginæ in vultibus hærent
A ttoniti. Sed enim cùm flamma domeſtica præſens
E xpetat auxilium, nec res differrier iſto
M ota calore poteſt, neque ſe ſibi Suecia fidat:
C umque nihil tali Reginam à lege videbant
F lectier, ac nullam precibus ſubducere mentem:
O blatam accipiunt infracto pectore cauſam.
I nde ſacramento ſe gens adſtringit, & omnes
G otthia Margretæ ſubmittit faſcibus vrbes.
C onſequitur plauſus iuuenum magnique Senatus.
E t diuos cœlumque rogant, ſuſcepta beatis
V t ſiet auſpicijs gemini coniunctio regni.

I amque dies medio faſtigia Solis ab orbe
P andit, & in totum iaculatur lumina mundum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C onuiuas Regina vocat, Sanctumq; Senatum
G otthorumq; duces: quibus illa volentibus omnes
O bſequij ritus ſperataque præmia reddit.
V t venêre, loco Sueones dignata priori
C ollocat. actutum proferrier aurea iuſſit
F ercula, & aſſueto pro more intendere menſas.
Q uis mihi delicias & honeſti læta paratus
M unera, quis tanti memorauerit vnus honoris
O fficia, & ſacros varia in ſclamina mores?
F ama eſt eximio perfecta ea gaudia vultu
P ectoribusque bonis: cùm ſeſe in mutua læti
O bſequia exſoluant fraternaque pocula verſent.
Q uin verò ſtudijs Cytharæ fidibusque canoris
D octus Achemenides totam lepidiſſimus aulam
B landitijs reficit. pars hic fuit inclyta Muſis
P ræcipuusque comes: qui quantum Muſica totum
P ectus, & ingenij totos impleuerat orbes:
E ximiæ tantum doctrinæ artisque diſertæ
H auſerat, ac claro præſtabat laudis ab vſu.
H îc igitur celebri iuſſus dare carmina neruo
E t totos proferre choros, nihil omnibus vnus
T emperat hiſtorijs: flexoque in mollia cantu
E rrantes memorat quos mutat Cynthia vultus.
I nde vices Phœbi ſonitu comitante ferebat,

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t cauſas mediumq́ue canit,quo lucida Solis
I ntulerit facies toti ſua triſtia mundo.
C ur protenſa dies cancro fluat: vnde per Auſtrum
L ongior inductis properet nox ſparſa tenebris.
Q uid glaciem hyberno cogit ſub ſidere: quidúe
R urſus odorifero reuocat ſub vere calorem.
M ox Amphitryten diductaq́ue brachia ponto
P erſonat,ac tumidis quæ ſint freta concita ripis,
G otthanumq́ue ſinum,ſparſaſq́ue per æquora terras,
Q uantaq́ue per patrias diffuſa ſit inſula gentes.
A ddidit his populos,actosq́ue in fœdera Reges,
R omuleosq́ue duces: quos triſtior egit ab altis
P ræcipitesq́ue dedit gradibus fortuna,neciq́ue
M erſit, & oppreſſos in fata extrema coëgit,
V irginium Gracchosq; feros,Regemq́ue ſuperbum
T arquinium, & merita confectum clade Neronem.
C ontrà autem egregios cythara reſonante canebat
S cipiadas,Paulos & fortes arma Metellos
F lamminiumq́ue bonum: Graijs qui tecta lareſq́ue
I uraq́ue reſtituit. tum priſci fœdera mundi
A uguſtosq́ue Patres & magni Cæſaris arma.
P oſtremò noſtræ pulcherrima pectora gentis,
I uſticiæq́ue virum Frotonem prima ferentem
I ntonat,ac patrio commendat prælia verſu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ddit & eximios protrito ſæpiùs hoſte
V aldemaros: addit generoſos Marte Canutos
H araldumq́ue ſenem: quo non ſolertior alter
E xplorare duces, ferroq́ue immittere dextras.
L udit Achemenides totamq́ue accentibus aulam
I mpulit. eximio permoti pectine Gotthi
S ubſaliunt: doctasq; manus cytharamq́; decentem
M irati niueo capiunt hæc gaudia vultu.
I pſa equidem Regina deos venerata, ſubinde
Ae theriam depoſcit opem, cœlumq́ue precata
V ocibus æterno ſubdit ſua regna Tonanti.
S uccedunt voto proceres plauſumq́ue dedêre:
H oſpitibusq́ue dapes properant, & vina coronant.

C. ERAS-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

MARGARETICORVM

LIBER V.

NVncius intereà Suecorum à Principe miſſus
Venerat Alberto: quem pridē magna locutū
Flamanteq́; animos odijs & voce, Tyrannus
Hoc ipſum vt ſtrueret, tātos ſeruarat in vſus.
N uncius inſigni confectus vulnere frontem:
C ui fortuna quidem patrijs anguſta ſub oris
P auperiem tolerare dabat: tenuique moreto
V iuere, & excuſſo meditarier alta pudore.
N unc Regem ſectatus opes ſperabat inemptas:
A tque alijs bello obtritis ſua commoda dirus
C aptat, & Albertum ſyncera haud mente colebat.
P romptus at ingenium Martemq́; excire tumultu
E t patrio ſermone valens, cui multus ab ore
V erborum cumulus, temerataque verba fluebant:
A ulaï in medio primos ſperabat honores,
A lberto gratus cunctisque exoſus honeſtis.

Is ſimul

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I s ſimul ac Scanas tetigiſſet Bouilus vrbes,
A tque Helſingburgo Reginam fortè morari
C onſiliumq́ue vrgere videt, ſub mœnia ſcandit
P rotinùs, ac mediam ſeſe intrò miſit in aulam
C onfidens, veritusq́ue nihil. quo more procaces
P lerunque irrumpunt: cum ſe reuerentia fœdis
O bruit æqua modis & honeſto excedit ab vſu.
V t primos igitur poſteſq́ue & limina celſæ
A ttigit alta domus, ſeq́ue intro mittere certat:
E iuuenum quidam turba remouere ruentem
A tque aditu prohibere, ignotaq; membra repellunt.
I lle ſed oſtentans haud mitia pectora vecors
F atur, & audaci cumulat fera lumina dicto.
N on me turba virum, Suecorum à principe miſſum
R eppuleris. grauis eſt rerum mihi ſarcina fido
S ic commiſſa, velis vt non prohibere ferentem
S i ſapis. inſano perſtes licèt improbus auſu,
M argretam accedam, & quę ſunt mandata recludam.
R eginæ ſed enim patulas vt rumor ad aures
V enerat iſte: nihil primùm cunctata iubebat
A dmitti: neque diuerſos ſententia Gotthos
P erculit. Ille equidem meditatus multa quieuit
A ttonitus, veluti ſi quem Marpeſia cautes
D urat, & iniecto perimit natiua rigore.

Haud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H aud aliter viſa tum Suecus Principe magnas
I ngenij flammas perdit, vocemque repreſſit
M uteſcens. Sed enim collecto ſpiritus ori
V t redit, ac aliquà fluit in præcordia virtus:
I ntuitus Gotthos primas ſe fudit in iras,
E t bacchatus: An hæc Regi fidiſſima veſtro
P ectora? deſerto quos demum rure paterno
D eſertisque dijs, Sueones, ſperatis honores?
D ij faciant meritas ſcelerata vt guttura pœnas
E t ſe digna luant. Quòd ſi iam legibus actum eſt
Ae therijs, placeatque dijs euertere regnum
A lberto, & duros cumulare in fata labores:
V ltrices in veſtra manns periuria vertant:
E t pœnis penſata luant qui talia faxint.
T um ſibi præſidium quà nunc contendere Gotthi,
I nueniant certos manifeſta in funera luctus.
N e ſua tutelam ſcelerato iniuria præſtet:
I mprobitasque ſacros referat virtutis honores.
S i quæ eſt iuſticiæ pietas, ſi cura Tonanti,
I n vos tela ferat, meritosque intrudat auerno.
H uic ne perfidia ſimili lacrymisque coactis,
A ltera deceptam ſe gens impunè queratur.
S ic ait infrendens, ſpumamque volutat ab ore.
S yluestris veluti cum viſis fortè moloſſis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S æuit aper, mediasq́ue inter ſe ſuſcitat iras
C onuellitq́ue ſolum pedibus, pugnasq́ue moratur.
C um ſimul agnoſcens hominem Brodderus, inepti
D eludit fera dicta viri: Sueonumq́ue Tyranno
V t miſſum didicit, tum demum voce precatur
H aud violari hominem, ſtultoúe pericla creari.
E t nunc praua, inquit, ſtolidam tibi gratia linguam
T emperat, ac fœdo maculas tua nuncia dicto.
H aud tibi tanta tuus ſubiecit pectora Princeps,
Q uanquam animo malus & ſcelerato prodigus auſu.
D irus auos atauosq́ue refers, quibus omnia vili
S unt expenſa manu cæcaq́ue agitata bilance.
I mproba verba feris turpiq́ue effuſa labello:
E t patriam ſtulto proſcindis acumine gentem:
H aud veritus Proceresúe viros, Dominaúe potentem
I mperijúe gradus: ſolito ſed more pudorem
E xcutiens baccharis, & effera pectora pandis:
O ſtentasq́ue tuos ſcelerata è ſtirpe parentes.
S i quid tu Sueonum mandato ac iuſſibus adfers,
C uius ſcire quidem Reginæ interſit & huius
O rdinis, expedias: placidoq́ue fer omnia dicto.
T urpe eſt effræni linguaq́ue animoq́ue notari,
C ui commiſſa viro ſunt clara negocia: quiq́ue
L egatus patrij defert mandata Tyranni.

Forſitan

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F orſitan ipſa ſatis res eſt inuiſa, neceſſe
V t minimè tantis oleum fiet addere flammis:
E t funeſta graui cumulare incendia motu.
H aud aliter Gotthi tum reſpondere. proinde
B ouilus, emotis veluti cum fluctibus æquor
D etumuit, vires tranquillaq́ue pectora rurſus
I nduit, ac placido Reginam affatur ab ore.
M aximus in Boream Princeps, qui regna viroſq́ue
P oſſidet Albertus: cui Suecia læta Monarchæ
P aret, & haud dubios fortuna inſcribit honores:
I s tibi non aliam mittit Regina ſalutem:
Q uàm qualem quantamq́ue leui ſignata papyro
S ubuectam manibus tibi condit Epiſtola noſtris.
V tque erat impatiens animi procedit, & alta
V oce ſimul: Tibi quas Regina ampliſſima chartas
A ccipis, immenſo flagrantes accipe bello.
O blatas Margreta capit: blandeq́ue ſilentes
E rexit turbas reſponſaq́ue mollia dixit.
Q uos mihi, quos adfers miſſos à Rege libellos,
Q uod vel cunque ferant, gratos mihi tute futuros
E xperiere. Deo ſaltem conceſſeris: & me
H oſpitibus vinctam, regniq́ue hæc feſta colentem
I pſe iuues, noſtroq́ue etiam lætabere plauſu
T ranquillus mentem. tua tete audacia damno

H aud aliquo afficiet. lux cùm mihi craſtina pleno
V ecta die ſurgat, quid epiſtola lecta minetur,
E t tibi quæ poterint tribui reſponſa, videbo.
S ic ait, ac medios inter conſidere iuſſit
D anorum Proceres, nitidaque in ſede locari.
C ùm varios Regina modos variasq́ue viarum
A mbages tentat, læto quibus omine Gotthos
E xhilaret: nulloq́ue ſinat rumore moueri.
V t verò Eſtiades ſtudiumq́ue viroſq́ue tuetur,
S plendoremq́ue domus: & plurima munera gentis
A ffatusq; bonos, primùm ſua pectora damnat
R eprendens: ſubito mox iuſta ſilentia motu
I nduit, ac ſero perfunditur ora pudore:
O bſtupuitq́ue diu, quanquam malus, obruit altas
G loria nequitias, & habet ſua præmia virtus.
A t verò rurſum depulſis mente tenebris
E xcuſſoq́ue metu totum ſe moribus aulæ
C ommodat, ac parili veſtit conuiuia plauſu,
I mpauidus quocunque ferat fortuna ruentem.
I nterea grauibus Regina inſiſtere dictis,
S olaturq́ue etiam mœſtos: confidere iuſſit
A uxilijs, quæ magna Deos præſtare vetuſtas
R ettulit, ac preſſis virtutibus obuia narrat.
E t ſimul Antiochi nomenq́ue & facta ſuperbi

Com-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C ommemorat: primosq; refert generoſa Monarchas
Q ui malè pro meritis pereunt, ſæuumque Tonantem
E xperti iuſtis clauſere doloribus æuum:
E xemploque docent cœlum punire Tyrannos.
S ic ait ingenio rectiſſima: cuius ab ore
D ulcior hyblæis oratio floribus omnes
I mpletura modos, optataque verba fluebant.
E t ſimul excedens conuiuia grata relinquit
E xcuſans: pariterque ſuos conſidere Gotthis
I mperat. hij monitus faciunt, magnamque Diei
A bſumunt partem, Procerumque æquata feruntur
O fficia, & varijs releuantur pectora dictis.
P oſtera cùm nitidos aurora reduceret ignes
E t Phœbi referunt ſurgentia ſidera currus:
A d veteres iterum ſedes, atque acta Senatum
C onuocat: ac celebrem confeſtim accedere mandat.
C um venêre, iubet Sueonum quos Rege libellos
N uncius heſterna tranſmiſſos luce tuliſſet,
P roferri. Vt fractis aperitur Epiſtola cæris,
I ngentis molem belli pugnasque futuras
A tque indicta legunt Danorum prælia genti.
A ſtuto ſed enim pingit ſua facta colore
A lbertus: verasque leui iam pectore cauſas
B ellorum fingit, fucoque obducit inani.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H aud ſe ſponte ſequi reuomentem bella Gradiuum:
N ec temerè patrias excire in prælia gentes.
I mpelli certè tantis ſe motibus: vt re
B ellorumq́ue manu ſortem experiatur, & omnes
P ertentare vias vrgereq́ue & vltima poſſit:
C ùm nihil impenſo toties conamine pacem
P romoueat, potiusq́ue feras vicinia gentes
S uſcitet, ac diris ſint mutua vulnera factis.
T um quia diſſidijs occaſio maxima ſemper
S cania ſola fuit: longoq́ue hinc plurima bello
M ateries fluxit, populiſq́ue rebellibus aucta eſt:
A bſtinuiſſe quidem nullis conatibus, at ſe
H actenus impenſo multorum funere totos
E xploraſſe aditus, totumq́ue extendere Martem:
P oſſet vt accenſo toties ſubducier igni
F omes, & in patrium pars iſta reducier orbem.
A ſt neq; conſilijs, neque duris hactenus armis
A ſpera Danorum confringi pectora poſſe:
V t quæ iure ſciant ad nos ſpectare, remittant.
P rætereà cum me Sueones aſſciſcere Regem,
H uc iuramentis, ſacriſq́ue & ritibus actum
D uxêre: vt primo cùm poſſent commoda bello
P rælia committi, Danorum è faucibus arces
E riperem, & Scanas tentarem cædibus vrbes.

Tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T um verò è Gotthis patrios liquiſſe penates
E t quoſdam fugiſſe viros, qui fata ſecuti
D anica, diuorum contempto Numine cœlum
S uppoſuêre dolis, hoſtique accedere noſtro:
H os meme inuito non acceptaſſe decebat.
P oſtremò natura viris parere iubebat
F œmineos cœtus: leuibus qui mollia dextris
P enſa trahant, facilesq; domeſtica cōmoda verſent.
A rma decere viros, populosque aſtringere dicto,
P rælia moliri, componere legibus vrbes,
E t celſos titulos & ferre negocia regnis.
T andem etiam cùm te videam non poſſe doceri
C onſilijs, nec velle tùis abſiſtere ceptis:
C um progreſſa magis non tantum Scanica nolis
L inquere rura: ſed hos etiam malè ſana penates
C oncipis ingenio, & ſpondes tibi fœdere Gotthos:
C umque etiam varijs gens vtraque quaſſa procellis
S enſerit infandas vaſtata per oppida clades:
H is equidem Margreta malis finemúe modumúe
N unc tibi conſtituam, metamque furoribus addam.
L ongè etiam ſatiùs ferro eſt decernere, quàm nos
Ae terno quodam ceu conflictarier igne
B ellorum, & noſtris cumulare pericula regnis.
E ſt locus auricomo ſubiectus paſcua Soli

Plani-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P lanitie conſtratus agroque immenſus aprico:
M axima fœcundos vbi nunc Veſtgotthia campos
E xplicat, ac lato proſpectat in æthera vultu.
V icinis locus auctus aquis riuoque fluente,
Q uæ Fala iam veteri dicta eſt plaga terrea Gottho.
H anc tibi planitiem veſtitaque floribus arua
H os campos, vbi ſeſe extendere cornua poſſint,
O ffero. non alius tantis locus aptior armis
P ugnantes ſpectarit equos, haſtasque viroſque
I unget, & æquata commiſerit agmina lance.
V tque dies pugnæ deſcriptaque linea conſtet,
B is decimo quartū quem Februa noctibus addunt,
I mpauidus, cœlo rem fortunante, notaui.
T um ſi quæ tumido ſub pectore robora, vel ſi
F ortè aliquam celebri maiorum nomine partam
V irtutem geris, ac titulo lætaris auito:
C ongredere & iuſti tentato volumina belli.
Q uem tum cunque velint iſtinc ſpolia ampla referre
F ata ducem, victisque viris ſupereſſe Monarcham:
H ic Victor ſiet, ac regno potiatur vtroque:
I uraque det populis & culmina legibus ornet.
A t perculſa metu ſi bella oblata recuſes,
E t gelidum confuſa premant tibi frigora pectus:
C ede bonis: totamque mihi, qua Scania latis

Finibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F inibus excurrit,ſuperata pauoribus oram
R edde,& ſurgenti cauſas modò diſcute bello.
S ecius aut ego nil productas agmine turmas
I n te victor agam: Scanosq́ue in noſtra receptos
I ura,ſub æterna tranquillos pace tuebor.
E t ſiet imperio limesq́ue ac vltima noſtro
M eta fretum,vitreis quà tunditur ora procellis
E t latè ſparſas circumfert Scania rupes.
P erſpectis equidem magnos Regina libellis
C oncipit ingenio motus. tum prima Senatu
I n medio lætos infracto pectore vultus
O ſtendens,iuſtis animumq́ue aſſenſibus implet,
I ndictumq́ue capit plaudenti gutture bellum.
C eu cum dura Leo perrupit vincula,cum ſe
E xerit in pugnas,ſubitisq́ue aſſultibus hoſtem
P rouocat:ac auidis geſtit dare vulnera palmis.
S ic Margreta diu vexata Tyrannide, longis
E t vexata dolis Sueonum:ſibi gaudet aperto
F iniri tandem tot poſſe pericula bello.
A ddita bis decimam cumulat iam tertia noſtro
M eſſis agro,Sueonum cum iniuria crebra quietos
D anorum populos & nomina noſtra laceſſit,
H aud leuibus graſſata malis:quibus arua domusq́ue
E t regni decus ingentes ſenſere ruinas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S it finis tantis ac meta furoribus. & nunc
M eq́ue meosq́ue dijs etiam committo, poliq́ue
P ræſidijs vtar, Superoq́ue ero firma parente:
Q ui transfert quocunque velit ſtabilitq́ue potenti
R egna manu. ſpretos qui celſa in culmina mitis
E uehit, ac patria cumulat bonitate Minores.
S ic ait, ac vultu viſa eſt ardere ſilenti.
C ertè equidem voto ſequitur plauſuq; Senatus
P rudentiq́ue altum mirati voce locutam
C ollaudant, meritisq́ue ferunt ſuffragia dictis:
C um ſimul Eſtiadi concepta in verba profatur.
F ili, quòd noſtras Alberto miſſus in vrbes
V eneris: ingratum te non veniſſe putabis:
N ec metuas triſti pendenda opprobria neruo.
P roferriq́ue iubet iuſto quo munere Suecum
D onet: & acceptum manibus cùm fortè teneret,
P rotinus argenti magnum dat habere talentum,
P ræmia læta viro, reficitq́ue benigna timentem.
A ddit equum, quo non alius præſtantior altos
A dglomerare pedes, aluumq́ue attollere curſu
E xcuſſasúe iubas celeri diffundere vento.
E t ſimul extrema iuueni ſic voce locuta eſt.
O mnia quæ Sueonum tibi ſunt commiſſa Tyranno
P ercepi mandata: tuoque hîc functus abito

Liber,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

L iber,& hæc Regi tecum reſponſa referto.
Q uam ſæui molem belli,quod tempus, & ęquum
H æc in tela locum ſpacijsq́ue extantibus æquor
O btulit,inuitam non acceptaſſe: daturam
M eme operam ſibi nunc parentem ſentiat:horæ
M omento rebus formam Deus arbiter addet:
E t dirimet celeri tam longa pericula lance.
D ixerat. actutum ſe nuncius impiger aufert,
M ulta mouens animis,alio iam pectore Danos
C ogitat:ac dicti pauet ardua robora belli.
P erq́ue vias iterum Suecorum in regna citato
V ectus equo,multis Reginæ iuſſa loquelis
N arrat,& ingenti Sueones formidine complet
T riſtia ſubijciens populis,ſed læta Tyranno.
V t celeres Vertumne modos,incertaq́; formis
C orpora tranſmutas,varioq́; volumine ludis.
H aud ſecus Eſtiades dubijs cum vocibus omnem
S ueciam agit,terretq́ue alios aliosq́ue ſecundo
O mine confirmat: ſoli tum læta canebat
A lberto,placitisq́ue virum ſermonibus armat:
I ncertum quo conſilio,qua callidus arte
I nſtructus: niſi quòd Sueonum fortaſſe neceſſe
I am fuit ingentes meritis ſuccreſcere luctus,
E t malè turbatos propter contingere Reges.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P rotinùs vt celſis exceſſit poſtibus aulæ,
A d Proceres conuerſa viros, his legibus, inquit,
A rdua venturo mihi iacta ſit alea bello.
D ij iuſtos animi motus & honeſta gubernent
P rælia, quæ patria pro libertate coacti
S umimus. Oranti ſuccedit voce Senatus,
Q uem collaudatum ſoluit Regina: petatq́ue
N unc ſibi quiſque ſuos, quos optat adire, penates:
E ximiasq́ue paret decreta in prælia vires.
A ſt vbi lenta nouas mihi Februa prima Kalendas
A ttulerint, iterum noſtra hæc ad tecta redite:
E t quæ tum fuerint mihi conſtituenda, docebo.
T ertia lux aderat roſeis prouecta quadrigis:
M iſſi oratores, Sueonum cum ex orbe reuerſi
O ſtendunt ſubitis ardere domeſtica bellis:
R eginamq́ue petunt. Hîc tum Grubberus atroces
R ettulit Alberti fremitus, vocesq́ue ſuperbas
C lamoresq́ue viri, & Sueonum ludibria narrat.
Q uin & verba minis furialibus addita mortem
N eſcio quid ſapere, aut manicas ſpirare cruentas:
N i maturato repetam patria oppida curſu.
S uecia decretis quid alat ſua motibus, id me
D iſcere poſſe, tuas cùm fortè reuerſus in vrbes
A ſpicerem ſubito flagrare palatia bello.

Reſpon-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

R eſponſique hæc ſumma fuit. has Suecia reddit
O fficio grates, atque hæc pro pace remittit.
C onfirmat Regina virum, blandiſque iocata
L audat: & hac, inquit, doceas vice pectora nullo
T urbari Grubbere malo. mihi vana Tyranni
G uttura iam pridem & voces conſtare ſuperbas
N oueris: ac ſtolidos furibundaq; in verba tumultus.
E t nunc bella recens, prius huc quàm tute redibas,
S unt indicta mihi: nosque in fera prælia dirus
E uocat, ac regni concurrere robora poſcit.
A ſt operam dabimus, ne res me vindice quicquam
H æc detrimenti capiat. qui ſceptra benignus
H ac ſtringenda manu functo mihi patre dicauit,
I s commiſſa ſuo firmauerit integra nutu:
C onſiliumque dabit, quo tanti ſumma laboris,
T antæ molis opus ſuperari pectore poſſit.
T u patrias Grubbere domos, tua rura reuiſe
C omponasque manus, rerumque æquabis habenas:
E t tibi quæ fuerint validis aptanda lacertis
A rma para, ac tantis ſocium te laudibus adde.
S ic ait, arridens. Olli calidiſſima pleno
Ae ſtuat ira modo, & circum præcordia regnat.
C eu cum magna lebes incendia torret, at intus
F eruet aquæ cumulus totoque exundat ahæno.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

R eginæ ſedenim pacato pectora motu
E t tranquilla meant. veluti cum gurgite ſummo
Ae quora vaſta ſilent, nullaſque dat impetus vndas,
S ic curæ incendunt Margretæ pectus: at illa
E gregias animi dotes frontemq́ue ſerenam
F ortiter oſtentans, magnarum pondera rerum
V erſat, & ingenuo ſpondet ſibi proſpera vultu.
N unc Erato belli ſummam, Sueonumq́ue paratas
H æc in tela manus, accitaq́ue gentibus arma,
E t quibus iſta viris confecta eſt pugna, doceto:
H aud mihi res animis hæc mollibus acta feroces
C ommiſit populos: tenui neque Suecia motu
I ntumuit, parua ſúe dedit petere ampla cohortes.
M ultæ vrbes, multæq́ue arces, multæq́ue phalanges
G entibus è varijs tantos auxêre furores:
A ccelerantq́ue neces cumulantq́ue ea funera bellis.
E rgo vbi fatali furijsq́ue ardentibus hora
C oncuſſa eſt Sueonum contempto regia cœlo
C ontemptisq́ue dijs: qui cæca in pectora lætas
S eu curas dederant, ſeu ſpes poſuere ſiniſtras:
P rotinus externo ſe milite Suecia firmat,
A ſſciſcitq́ue manus iuuenum: quos ante maniplos
I uſſerat armatæ dare nomina prompta phalangi.
T um verò ingentes volitare per oppida turmas

C onfertamque manum, populique excelſa videres
P ectora,& haud tenui numero glomerata vagari.
C um veluti pulſo iam frigore turba volantum
A rdua tecta petunt,primoque in vere frequentes
A duoluunt cuneos,templisque alludere certant.
S ic peregrina manus,ſic ſe vicinia Sueco
I ungit,& elatis animos exercitus addit.
P rincipiò Albertus patrias in bella cohortes
M agnopoli accerſit,fratrum mercede labores
P actus,& ingentes poſcens ſua rura bipennes.
H as equidem,nec enim res eſt obſcura,phalanges,
A gmina Varnouijs ſubnixa cohortibus,augent
K ycini Redarique graues,fuſcique Polabi,
C ircipanique,feris gens Sclauica mixta colonis.
H is animo virtus,cupidique licentia ferri
O mnibus vna fuit:dextramque infundere bellis
E t coniurato Sucones mucrone tueri.
I s populus patrio Danos è more peroſus
A ccelerat:gens dura manus ſignisque ſuperbis
M ultiplices infert diuerſa per oppida turmas.
S icut vbi immiſſo per opaca foramina Sole
A ſpicias multo concurrere ſemina fluxu,
I ncertasque vrgere vias,vbi nulla notari
M eta laborúe poteſt:dubijs ita curſibus inſtant

Cor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C orpora,& incertos peragunt tenuiſſima motus.
H aud aliter duce Magnopoli vaga turba coibat
T ranſmittitq́ue fretum:totis rem viribus vrbes
V andalicæ expediunt,ſimul & conatibus inſtant.
P roximus accedit fulgentibus integer armis
E ydoræ comes,& patriæ grauis accola ripæ:
I ohannes totos pridem cui Suecia faſces
E t regni culmen ſacrataq́ue nomina ſceptro
D etulerat: Venero cùm gens maleſana petiſſet
H oltzatico mitti fatalem è ſanguine Regem.
H ic ergo officij veteris memor ardua paſſim
R obora contraxit,latos vbi Vagria campos
C ircuit,ac curuas obiectat in æquora ripas.
C uius & auſpicijs tunc Nortalbingia plenas
F udit in arma manus,additq́ue colonia Marſos.
I nſtat equûm domitor patrio comes auctus honore
E t cuneos denſat:magnasq́; in bella phalanges
R obora magna trahit,ſtudioq́ue incumbit auito.
Q uid memorem,quas tu ditiſsima Marchia turmas
A ttuleris?lituos inflari vt ſenſit Hauelus,
I ntumuit,celeresq́ue impellit gurgite fluctus:
A cer Hauelus,& egregio memorandus ab vſu,
S iue hunc Pierides,ſiue hunc Bellona ſequatur.
M archiacos ſedenim venit comes inter,in vrbe

Cui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C ui Rupinenſi patrios fortuna penates
H aud lugere dedit, triſtemúe exſoluere vitam.
S ed certè ingenio, & maturis integer annis
C um foret, huc ſocium promiſſo attraxit inani
A lbertus, ſupraque dedit confidere vires,
E t nimis incertos captare in præmia montes.
A cceſſit tamen, & ſociandæ plurima paci
F undamenta mouet: quanquā nihil effera cedunt
P ectora conſilijs: lucrumq́ue inſania damnat.
M ox Viadrum quodcunque inter, lateq́ue fluentem
A ccolit ac medijs ſuffercit fructibus Albim,
C ommotum eſt: rigidoq́ue ciens Rhamnuſia cornu
P ellit in arma viros, acuitq́ue in prælia gentes.
H îc Heruli, antiquum populo genus, acre citumq́;,
Q uiq́; & arant Doxæ campos, glebasq́ue ſub altis
M ontibus euoluunt: vbi quondam maxima Brando
D icitur aërio ſtruxiſſe palatia colle.
L eubuciq́ue etiam, & pubes Stoderana, Velini,
Q uiq́ue tenent altas diuerſis tractibus vrbes,
Q uà vetus inflectit porrectos Marchia curſus:
C ircuituq́ue graues amplo capit inclyta gentes.
H is equidem populis mens omnibus vna potentes
V iribus exuere, & cladi ſubmergere Danos.
I n Sueones igitur tam denſa tendere turba

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V t Someni ripas feriuntq́ue agitantq́ue procellæ,
C um ſimul incubuit violento flatus ab Euro,
E t iacit ingentes circum caua littora ventos.
D enique non animis tantùm, qui maxima ſpondent
I ncrementa ſuis captantq́ue ex ſanguine lucrum,
E xcellunt: armorum etiam ſtudioq́ue pariq́ue
E xſuperant vſu, ferrumq́ue in vulnera denſant.
Q uis gladios haſtasq́ue graues, clypeosq́ue decoros
L oricasq́ue canet rigidas auroq́ue trilices,
E t feret in molles vaſtiſſima pondera verſus?
E patrio res more liquet. gens Vandala duris
A rtubus, ac habili membrorum robore latè
V icerit, ac gelida vallarit corpora ferro.
E rgo vbi Vandalicis deſcriptus in vrbibus huc ſe
M iles agit, properoq́ue ruens petit oppida curſu:
P rotinus hoſtiles Strolſundia prompta maniplos
T ranſuehit, ac Sueonum deferre in littora certat
N il cunctata, infeſto equidem tum pectore Danis
I nſultabat, opesq́ue hoſti tum aduoluere noſtro
P ræſidiumq́ue parat: veteri pro more ſecundo
V ſa malo, grandesq́ue petens è fœdere queſtus.
I d ſimili tum iure facit pariliq́ue furore
R oſtochium, nec abeſt tantis induſtria factis.
V rget opus, celeriq́ue fretum complere carina

Pergit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P ergit,& hæc ſtudijs nuſquam ceſſantibus auget.
Q uin ſua Viſmarijs etiam mens ciuibus implet
H os animos. ſedenim prudenti ea pectore res eſt
V iſmarijs confecta viris: nec prorſus & omnem
D epoſuit curam, noſtriſúe illudere regnis.
R oſtochio fortaſſe aliquot miſiſſe farinæ
D icitur, ac numero patrios ſoluiſſe medimnos.
C ætera cauta fuit: longæq́ue intenta quieti
N os adit, ac ſolitas conflare per oppida merces.
I nterèa pontum videas ſulcare carinas
M ultiplices, Sueonumq́ue inferre ea robora terris:
G otthanumq́ue implere ſinum. ſinus iſte per amplos
S e tendit populos, atque vtraque littora fructu
E ximio cumulat, clarasq́ue aſpectat in vrbes.
H îc ergo exceſſit poſtquam ratis ærea portu,
E t propulſa Noto pelagus ſecat, arma viroſq́ue
P ortat & accenſas in Danica regna phalanges.
C umq́ue ſalo vehitur, flatuq́ue eſt vſa ſecundo
C laſſis, & haud triſtes horreſcunt lintea ventos:
S ic aliquem fama eſt media inter vela locutum.
F ortunate ducum, & magno tutiſſime regno
R ex Sueonum: cui nunc totum Deus aëra, cœlum,
E t ſeruire dedit fatis humana ſecundis:
F ortunate tua nunc demum ſorte quieſce.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E n quantas tibi celſa manus, quæ ſidera regi
A gmina decernunt. ventis ſpirantibus omen
C oncipe, & hoſtiles animo contemne maniplos.
I am pridem Margreta rates, quibus agminis huius
P ondus & acceſſum prohibere miſerrima poſſet,
I n ſtatione tenet fortaſſis: at æthera cernis
V elle aliud, contraq́ue tibi tua proſpera firmant
N umina: & haud dubios promittũt aſtra triumphos.
A ut quis tela etiam noſtris ferat obuia telis,
O pponatq́ue latus lateri, pugnamq́ue moretur:
E t nihil auerſo ſpectet tanta agmina vultu?
C um velut accipiter timidas proturbat alaudas,
E t celeres cogit ſtupefacta in tecta columbas:
S ic mea dextra leues anguſta in prædia Danos
P ellet, & obtritos adigam parere lupatis.
D ixerat, exultans. plauſit fera turba, iocoq́ue
V enturi luſit funeſta pericula belli.
I amq́ue dies, alterq́ue dies proceſſit Olympo,
C um vicina legit Calmarnica littora claſſis,
I nter & aërios torquet retinacula montes:
A c portum ſubit, & læta ſtatione quieſcit.
H îc properè expediunt celſos ex ordine malos,
S ubducuntq́ue lijs, & humo prymnęſia condunt:
C um ſimul aduenit Sueonum, ſpectandus in oſtro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

O rator:criſtas rutulo cui ſumma metallo
F ibula nectebat,torquemq́ue inſigne nitentem
E t digitis gemmas,& opus mucrone gerebat
C ælatum : vt Paridis deformi Pergama raptu
T raxêre ingentes Helena inſpirante ruinas.
I dq́ue adeò inſigni confectum opus arte pariq́ue
A rtificis genio perductum : vt Pergama viua,
V iuam Helenam,& poſſes viuas ſpectare ruinas.
H îc Comites igitur toto cum milite vectos
A ccipit,Alberti mandato fidus in vrbes
P artitur:medioſq́ue inter fera caſtra colonos
D iuidit,ac blanda peregrinos voce moratur.
A ſt eques hybernis inductus,vt omnia molli
R epperit aucta cibo,& nitidis carnaria porcis
E xundare,gulæ ſubmittit pabula : totos
I n Bacchum ſupplere dies,conſciſcere menſas
E t noua diſtento farcire tomacula ventri.
C um verò dulci ſpumabant pocula mulſo,
Q uas voces,quæ dicta putes tum ſparſa labellis
I ndomitis ? nihil humani lingua improba ſpirat,
N ec benè de inuiſa loquitur petulantia gente.
H os regni fines vicinaq́ue prædia tentant:
H os ſuus exſtimulat dictis immanibus ardor,
Q ui noſtros in crimen agit,qui robora culpat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D eſpiciens: quidam nec equis inſidere Danos
P oſſe putat, plauſitque fero ſibi ſcommate. tollunt
R iſum alij, ſimilesque in Danica regna cachinnos
A tque iocos ſimiles diuerſo fundere morſu.
A lbertus ſed enim Regalibus agmina pompis
P ræcipuosque duces populi, & capita alta virorum
E xcipit aſſiduus, varioque & ineſcat honore,
A c circum regni ſecreta in pinguia ducit:
O ſtentans quid in arma ferat, quid roboris aruo
T raxerit, & quantis in bella cohortibus vrget.
T um varijs agitant vicibus conuiuia, brumæ
S acrificant, Thyrſoque velut bacchantur in vrbes:
E t ſibi fortunas ſuperando ex hoſte propinant.
N ec numeris addam, quid culta Boruſſia, quidúe
F innorum regio, quid Suecia lata, quid omnis
I n Boream protenſa, feriſque haud impigra factis,
P ræſidij tellus tanta in certamina miſit.
S anè equidem Sueco fama eſt ſtuduiſſe coactos
V ndique terrarum populos, nuſquamque vocatos
C eſſaſſe, aut promptas minuiſſe in prælia vires.
I ntereà patrias tantùm Regina phalanges,
E t genus acre virûm: quæ tunc Nortuegia iuſto
R obora delectu miſiſſe in prælia fertur,
O rdinat. externo nihil vſa eſt milite, ſolos

Præter,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P ræter,in hæc vltrò veniunt qui fœdera, Gotthos.
H ij tum iuſta parant infeſto bella Tyranno
A uſpicijs Margreta tuis: cum viribus arma
E xpediunt,animiſque vrgent in prælia Danos,
S eque adeò ſocios dura in certamina iungunt.
M ox regni vires infractaque pectora bellis
N obilitas accedit.in his ſacra lumina templis
P ræcipuas partes momentaque prima tueri,
I nuictasque ferunt in tanta pericula dextras.
A ut quis Lundenſis pulcherrima præſulis arma
N eſcit,& audaces bella in teterrima motus?
I lle per immenſos terrarum læta receſſus
P rædia poſſedit,Scanasque euectus in vrbes
P ræſidet officijs:& cùm vicinior eſſet,
H aud raros Sueonum impulſus ſubitasque cohortes
S uſtinet,ac forti graſſantes Marte repellit.
V nus qui murum ſeſe irrumpentibus vltrò
O bijcere eſt ſolitus:cum vel ſua prædia victor
L iberat, oſtenſo vel terret robore Gotthos.
H uic Comitem grato iungit Roſchildia ductu
E ximium virtute virum,& fulgentibus armis:
C ui ſimul exterſo rutulabat lançea ferro:
E t faciles in tela manus,oculosque ferebat
I mpauidus. qui conſilijs præſtabat & vſu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

M ultiplici rerum: veteri quòd ſtirpe parentum
E ditus, ingenuas coleret placidiſſimus artes,
E t varios regionum aditus formaſque teneret.
T um verò accedit patrijs promptiſſimus armis
A ntiſtes, triplici cui nomina ſplendida remo
C imbriacis auguſta locis & littore durant.
I lle animis ſtudioque pari decreta ſecutus
B ella, nihil Sueonum crudelia dicta minaſque
P endet: & infracta ſuperauit triſtia mente.
A cer Olaus, equos aluit nitidoſque bonoſque
O ptanteſque aciem, & rigidas ſpectare phalanges:
P rima quibus lituos fremituſque audire ſonantes
E t pedibus differre ſolum, & petere arma voluptas.
Q uid Burglanenſem referam? cui prima vetuſtos
I nter erat fortuna patres, fideique vigebat
C onſtantis ſtudium: virtus interrita latè
E xcellens peperit diuerſa per oppida nomen.
I s Sueones merito ceu iure exoſus honeſti
I am belli vires ſuſceptaq; prælia firmat,
L undenſique ſtudet: cui tum ſententia primas
E t partes tulit, & gratos inſcripſit honores.
M ox ſeſe expedijt Viburgo clarus: habenis
Q ui ſatagit fortes vrgere in bella caballos.
I pſa lacu dea quæ medios Aſmenia fluctus

Tempe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T emperat,ac placidos exercet in æquore motus:
A udijt vt Marti lituos inflarier, altè
I mplicuiſſe caput liquidis perhibetur in vndis,
E t curſus reuocaſſe graues, lapſuq́ue ſereno
H inc atque hinc vitreos luſtraſſe in gurgite piſces.
C ertè aliquot permenſa dies æqualibus vndis
S trauit aquas,lætosq́ue infert in littora vultus:
H ocq́ue adeò properas confirmat ab omine gentes.
I pſe equidem Antiſtes fortiſſima pectora bellis
O rdinat: ac tenui quamuis ditione gubernat,
A ttamen ingenuo patriæ ſuccenſus amore
H aud iuuenes tantum promptos in bella,ſed acres
M ittit equos:haſtasq́ue graues fręnosq́ue nitentes
E t galeæ ſignum rutulantes ſanguine criſtas.
T um tu Riparum Princeps diuine, furentis
C ui toties pelagi ſpectare volumina fluctu
N on conſtante datur,varias vbi ſæua procellas
Ae quora multiplicant,alternaq́ue littora vellunt:
C um tua præſenti iungis fortiſſima bello
A uxilia,ac rigidos immittis in arma clientes:
Q uod geſtum eſt,magna geſtum tibi parte fateri
E t meminiſſe potes,tantos qui in prælia neruos
I ntuleris.tibi poſteritas hanc inclyta laudem
A uxerit,ac ſeros inter dabit ire Nepotes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T andem etiam paret cui lauta Fionia præſul
V aldemarus firmo ſuppleuit milite pugnas:
E miſitque viros, qui pectora prompta ferebant,
P ectora fulmineis æquata leonibus: vt cum
I mbelles vaccas armentaque mollia ſternunt,
T ollunturq; iubis, flammisque ingentibus ardent
P ræcipuum his igitur regno decus extitit armis:
E t ſummum bello robur Margreta putauit.
C ui ſuccedit auis ſtudioque & flore ſuperba
N obilitas: quæ prompta manus animumq; fidemq;
R ectè equidem eximijs ornatur honoribus æuum:
E t celſos rerum titulos, & grata nepoti
N omina venturo famamque ſequentibus addit.
Q uis modò Baſſeos, Bingosque Dyrosque Globosq;,
Q uis Lungos, Hògosque & honeſto robore Munkos,
A ut tenui poterit numero comprendere Froſtos?
N omina nota quidem veteri quæ plurima mundo
N unc etiam famæ radiosque ac aurea ſpargunt
L umina: & ad ſeros referunt ſua facta Nepotes.
M òltingi, Duſique etiam, Staurskouius, Albi,
L imbecci, Brockique feri, celeresque Rebingi:
B irnonesque probi, Tranique & Falſtrica proles,
G lambeccique truces, Lyckei, & prima propago
K rumporum: Friſiì, Langique, ac optima pubes

Krab-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

K rabborum,Starri,Lunones: denique Kooſi
V onſæique:pari quibus ibat acumine Skramus
B ildonesque boni,& Goiorum plurima virtus
B annerique graues.tum Rooſenkrantzius illo
P ræcipuos inter ſecloque ac ordine:ſed non
C ognitus hoc etiam,quo poſteà nomine latè
C ognitus heroas inter fœlixque bonusque
C laruit,ac celebri venientum laude nitebat.
A ut ego quid Grônos,quidSparros,quidúe modeſtos
H îc Rooſenſparros,Faſtijgos & Santbergos
C ommemorem?certè vetus eſt & plurima ſtirpis
N obilium ſeries,Dano quæ ſtrenua Regi
M ilitat,ac patriæ ſeſe hoſtibus obijcit:iſtud
S eu genus antiquis Maiorum floribus exit:
S iue huc translatum noſtris coaleſcit in aruis
E t ſibi lucra petit.Sedenim duo fulmina belli
H olgerus Truttoque,ſati te Patre Gregori,
E ximijs rigidos contendere viribus enſes.
H ij,velut eſuriem cum paſſus ouilia circum
E rrat,& atroci ſæuit lupus aduena rictu,
D ilaniatque boues aut diſſipat acer:in hoſtem
S ic equidem Suecum graſſati, auertere certant
F unera,quæ varijs incurſibus anteà Scanis
I ntulit iſte viris,ſubitisque tumultibus agros

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T urbat,& haud dicto cumulat loca Danica bello.
V ſque adeò primis expoſta aſſultibus vna
S cania ſemper erat:ſemperq́ue obnoxia curis
V icinas tolerat ſcelerata in vulnera dextras.
N ec tamen hac tellus præſtantior altera durum
P roſpicit in Boream: quæ ſicut in inclyta lætæ
M unera naturæ campoſq́ue ac oppida ſurgit:
S ic exculta viros magna virtute pariq́ue
I ngenio claros ſemper tulit: vna vetuſtos
Q uæ patriæ mores noſtra hæc in tempora mittit:
A tque aliquid quod tu rectum diſcreueris, edit.

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

MARGARETICORVM

LIBER VI.

VErtitur aſtrifero Sol curru vectus in orbe,
Et nitidam intereà dilatant ſidera lucem:
Februa cum celeres adducunt feſta Kalendas
Adducuntq; diem, Procerũ quo turba coiret

Deſcri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D eſcriptasque manus in Gotthica prælia mittat.
C um ſimul Hafniacam ſuccedit gratus in vrbem
N uncius, ac toto tranſmiſſas æquore narrat
A ccelerare manus: Dominæque ſub atria ferri
A gmina Cimbriacis delecta è gentibus, & quos
O mnis in arma viros Prouincia mittere poſſet.
M illia multa quidem: gladio quibus omnibus altos
R umpere thoraces, Sueonumque impellere turbas
M ens fuit, ac latè ſtrages proferre cruentas.
I lla per immenſos excurrit terra receſſus,
E t Boream porrecta petit, mediasque per vndas
D iuidit Oceanum, longisque ambagibus exit.
T erra virûm ſtudijque ferax & nobilis aruo
P ectoribusque bonis: animo quibus alta voluptas
B ella ſequi belloque mori, ſi forſan honeſtam
A rma per & cuneos pariant ea prælia laudem.
T um ſua non dubijs fœcunda Fionia telis
R obora traduxit, Sprouenſiaque æquora puppe
P ræterit, ac ratibus Korſoras legit arenas.
H inc gleba fœlix & agris Lollandia rectis
C aſſide munitos iuuenes clypeisque decoros,
E t fera torquentes iterato pila lacerto
E xpedit. his ſocias adiecit Falſtria dextras,
A diecitque ſuos breuibus Langlandia peltis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E ximium numeris agmen. Sialandia diues
C ui ſua transſcripto mox robora milite iungit,
I ungit equos turmasq́ue virûm, cuneosq́ue recenſet
E t coniurato properant ad prælia Marte.
D enique quis fidos patria hæc in prælia narret
A gricolas? qui ſponte manus animumq́ue ferebant,
E t vouere citas peregrina in vulnera dextras.
H oc genus in Sueones igitur communia claris
E xtulit arma viris, patrioq́ue fauentia regno
T ela mouent, nullis obnoxia tela ruinis.
Q uam Regina manum cùm confluxiſſe videret,
C ondictumq́ue diem patrias ſeruaſſe phalanges:
O fficij memores celebrat. propereq́ue iubebat
D electus agier, cuneisq́ue adhiberier æquos
C enſores: quibus & res bellica nota magiſtris
E t foret in patriam ſtudio mens aucta ſalutem.
E ſt in conſpectu, celſas vbi Martia turres
H afnia ſublimi diductas robore tollit,
C ampus agro diues, lætoq́ue notabilis aruo:
P lanus, & æquatos referens in paſcua vultus.
H unc Regina locum cenſendo militi, & armis
L uſtrandis delegit. adeſt pro more Senatus
S pectanti, dominamq́ue animis confirmat. at illa
N emo equidem meliùs, neq; quiſquā promptiùs acri

Aſpicit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ſpicit obtutu:tanta eſt induſtria,tanti
H ortatus,tantæ benefacta in ſingula laudes.
H uic tamen officio tum præſidet arduus armis,
A rduus ingenio & tranſmiſſis viuidus annis
O ffenus:qui natus auo præſtante Stigoto
F ulmineoque grauique(ſacrum cui nomen ab Albo
V enerat) ac priſco Maiorum clarus honore
F ortunam virtute colit, conſtansque tuetur.
H uic omnes Martis Labyrinthi,huic nota fuêre
A rma viro:quibus aut ſæuos propellier hoſtes,
A ut ſua cuique putes præcingi corpora poſſe.
S ingula quapropter vigili cum menſus ocello
P roſpicit,æquatis aduertit lumina rebus:
I nformatque aciem monitis,omenque ſecundat.
A t ſimul vt campo res eſt confecta,maniplos
O ceano properè traduci in Scanica iuſſit
L ittora, confeſtim ratibus tanta agmina pontum
E xſuperant,fluctusque terunt,& cærula verſant
Ae quora,qua geminos dirimunt freta Scanica mõtes:
E t minor oppoſitas traiectus mittit in vrbes.
Intereà Hafniacos repetit Margreta penates,
D iuinumque vocat conſueta in tecta Senatum:
I mpatiensque moræ non longa ambage profatur,
Q uæ mihi prima viri poterant ſuffragia dici

Om-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

O mnia iam dudum cùm certè expenſa probarim,
C onſilijs vltrò veſtris acceſſimus, aſt iam
Q uæ noſtris Sueonum monitis reſponſa Tyrannus
P ræſtitit, auditum eſt. flammas ſpirare, minasq́ue
C ertaq́ue bella ſequi, noſtrisq́ue illudere regnis.
Q uod quanquam meritò turbare ea pectora poſſet
F œmineo tantum quæ robore fulta labantes
A dmittunt animos, raroq́ue in triſtia perſtant:
M e tamen afflictam ſolor, metamq́ue laborum
P rincipe ſub Chriſto poſui. tum noſtra coëgi
P ræſidia, & patrias contraxi in prælia vires,
C ontraxiq́ue manus, quas nunc mihi tendere ſcitis
I n Sueones. ferat officio rata præmia veſtro
P oſteritas: animoq́ue Deus tibi iuſta ſecundet:
P ræbueris fidam quòd in hæc mihi fœdera mentem.
P ræterea totas deſcripſi in bella cohortes
E xciuiq́ue tuba, & numero conſtante redegi
I n cuneos, quaſcunque etiam Nortuegia vires
E t quod robur alit: mihi venerit aucta feroci
M ilite, qui patrias feret hæc in bella bipennes.
E tſi autem numero Sueonum Rex vincat, & in nos
I ngentem populorum aciem, ceu clara per vrbes
F ama volat, forti conſtantem robore ducat:
C ùm minimè externo prohiberi milite poſſet,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Q uòd Notios ſpirare dedit cœlumque Deusq́;
A tque agere aduerſos noſtra hæc in littora fluctus:
A ttamen æthereo prorſus confiſa parente
S pes animo rectas concepimus, Omnia Chriſto
S ub duce ſupremo mihi ſucceſſura: perinde
V t quæ iuſta ſolent ſpretis ſuccedere regnis.
I d ſupereſt, vera vt decernam lance, cui rem
H anc tantam & noſtri committam robora regni
E xpertoque acrique viro: cui pareat vni
M iles, & ad cuius conſiſtant iuſſa phalanges:
S eque adeò motis exercitus explicet alis.
I d faciam: quòd ab his me partibus inuida Sexus
C onditio pepulit, bellique exegit ab armis.
H anc mihi conſilio partem, diuine Senatus,
E xpedias. res hæc fortunæ eſt maxima noſtræ:
Q uæ ſi firma ſiet, ſpes eſt conſiſtere poſſe
C ætera. Sic dixit: fuſosque in ſidera vultus
E xtulit, ac ſeſe prohiberi hac ſorte dolebat.
C um Proceres læta Reginam voce ſecuti
C onſilium laudant, animumq́; aſſenſibus implent,
E t fortem durare iubent: tum fidere diuis,
E t ſupero patriæ deferre negocia cœlo.
H aud ſemper, numero qui præſtat in arma, ſecundos
R ettulit euentus. alto Deus vnus Olympo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P ræſidet,is ſtultos humana in gente furores
I udicat, ac vanos actorum ponderat ignes.
C auſa eſt,ac animi pietas, quæ teq́ue tuosq́ue
A ſſerat,ac lætis inſcripſerit arma triumphis.
N unc igitur belli cùm poſcant fulmina gnarum
T anta aliquem,ducis officio qui functus habenis
I mperet,ac forti committat prælia ductu:
T u Regina virum memora,cuî tute phalanges
S ubdere,& hæc patriæ deferre negocia velles.
N ec cunctata diu,fortem deſignat Iuarum,
L yckea cui prima domo fortuna beatos
A ttulit exortus vitæ, genioq́; ſecundo
I n patriæ magnos ſuccreſcere iuſſit honores.
V ixerat ille diu Latijs excultus in oris:
I nſubresq́; viros & Ciſalpina ſecutus
R egna,fero didicit rigidas certamine gentes
A tterere,& grandi populos inuoluere luctu:
T empore Romuleas acer Galeatius vrbes
Q uo premit, ac forti Latios domat enſe Tyrannos:
E t congeſta manu præruptis oppida ſaxis
O ccupat.Huîc igitur primis Lyckeus vt annis
M ilitat, ac facilem durat ſub Marte iuuentam;
B ellorum varias diſcit ſolertior artes;
B ellorumq́; vſus varios,ſtratagemata,fraudes,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A tque hoſtem captare modos,& frangere victum.
E ximius forma,mentem bonus,integer æuum
A tque artus:rutulam cui circum tempora barbam
D ij poſuêre viro,geminaſq́ue in lumina ſtellas
I nſerere,& latam proferre ſub æthera frontem.
C uî nunc ter decimam cumulato ſidera meſſem
E t tria luſtra dabant. inerat prudentia menti
Q uæ ſummis par rebus erat:largiſſimus auri
O fficijq́ue,parum qui blandis guttura dictis
V enditat, aut miſeros promiſſo ludit inani.
H unc igitur Margreta ducem cum legit, honeſto
P rotinus adiungit ſuffragia more Senatus
D ecretumq́ue probat:tum ſic Dea vocibus infit
L ætior,ac molli tendit præcordia dicto.
A ltera pars noſtri,Proceres confecta laboris
C eſſit,& aſpirant iuſtos mihi Numina curſus.
H oc,aliàs duris mihi cognite rebus Iuare
E xorem ſine te: faciles cape pectore motus,
A tque animo patriæ gratam meditare ſalutem.
T ecta virûm,populiq́ue domos adytumq; Deorum,
E t decus hoc,veteri maiorum ſtirpe relictum
Q uod gerimus,totum tibi nos committimus: aude
H anc ductare manum, turmaſq́ue vrgere volantes.
A uſpicijs fer tela meis,monituq́ue phalanges

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D irige, & æquato moderare pericula ſenſu.
T u belli variasque vices, tu prælia noſti,
E t ſeruire meæ das tempora iuſta phalangi.
D ixerat. Ille diu mentem ſtupefactus inhæſit
S ubdubitans, tandem patrias crebreſcere voces
V t videt, ac ſacros vrgere hæc iuſſa parentes:
I ntulit ætherijs oculosq; & lumina flammis,
E t Dominæ quæ ſancta dari reſponſa decebat,
R ettulit ingenuus. Non hanc ſe expoſcere laudem,
N on titulos, minimũ eſſe quidẽ, quo excellat in armis
E xſuperetue: nec hoc tantis confidere rebus
M ilitiæue ducem ſe credere. maxima Virtus
C onſiliumque viris meritos firmarit honores:
E t ferat haud pauidas tanta in certamina dextras.
N ec tamen officio fruſtrabere mœſta. ſupremum
E ſſe velis ſi me bello caput: & tua noſtro
P rælia Marte geri, nihil hîc formidine preſſus
D efugiam: nihil hîc Latijs quia viximus oris
F œminea nos tela manu torquere putabis.
H aud equidem timido didici ſub Principe dura
B ella ſequi, varijs conſulta exercita fatis,
E t populi ſtrages, & maxima prælia vidi.
I nter & ipſe fui calido cùm rura cruore
S pargier, & circum cumulari tanta videres

Funera,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F unera, ſublimi ſpectares vertice quantum
N ubibus aërios proferre cacumina montes. (na,
M atrona ſcit, Rhodanuſque celer, frendenſq; Garum-
S cit Padus, ac Atheſis: quantumque in ditia currit
P rata ſolum, molles vbi frugifer explicat vndas
M incius, & tardos tranſmittit in æquora fluctus.
D enique quid Sueonũ rupes, quid maxima ſpectant
R obora Gotthorum primis ego Tyro ſub annis
P erſpexi. quem nunc venturis cædibus offert
A lbertus, magno rerum mihi cognitus vſu
E ſt locus. haud cuiquã domus eſt ſua notior. & nu
S i patriæ conſtans noſtrum ſententia bello
E xigat officium, tantis ego noſtra periclis
O mnia detulerim. fœlix mihi tempus oriri
I d ſtatuam, quo vel referat victoria ſaluum:
V el me conflictu vita ſpoliarit honeſto,
A tque acies inter medias mihi funera conſtent.
D ij tribuant iuſtas in tanta pericula vires:
N ec mea venturo ſordeſcant facta nepoti.
S ic ait. Illa quidem ſacro ſeſe omine motam,
A uſpicibuſque dijs tantos committere ductus
T eſtatur: dextraque pium confirmat, & iſto
P ignore commiſſi pandit rata munera belli.
S uccedunt voto Proceres, hortantur Iuarum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ccenduntq́ue ſimul. patrij res maxima regni
N unc humeris vir clare tuis impoſta recumbit,
G rande onus. at diuis te ſuſtentantibus omnem
V ince metum. cœlo nihil eſt quod Principe durum
Q uoq́ue iuuante putes humanis viribus impar.
I lle autem inclinans dextram comprendit, onusq́ue
I mpoſitum capit, ac tali ſe voce ſacrauit
D euouitq́ue Deo. referant mihi Numina fructus
Q uos merear. ſi quid vel vita fideſq́ue manuſq́ue
V el poterit bello virtus infracta mereri.
I nterea ne quid turbaris pectora: nec te
S ollicitam afflictes. dubios expelle timores,
A tque animum cœlo fretumq́ue Tonante ſerena.
H oc te vnum Regina peto: ſi ducere turmas
E t me ſigna fero iubeas opponere Gottho:
I d ſolers age conſilijs factoq́ue ſecundo:
V t fieri quæ tute velis intelligat acer
M iles, & arbitrio ſeq́ue & ſua feruida noſtro
P ectora ſubijciat: non noſtris iuſſibus obſtet
N ec ferat aduerſos ſacra in mandata ſuſurros.
H aud quicquam turbent, pręcepta nec vlla morentur
F abellis: noſtros neque quiſquam inquirat in actus,
E q́ue ſuo ſtultus fingat diuerſa cerebro.
N os operam dabimus, bene res vt tanta geratur,

Auſpi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A uſpicijs Rex Chriſte tuis: Sueonesq́ue quieſcant,
E t minor hinc vanas iactantia mouerit vrbes.
S ic dixit, cum læta manu iam prendit Iuarum,
E t curaturam recipit, quò quiſque locumq́ue
O fficiumq́ue ſuum ſciat, & ſibi iuſſa ſequatur.
I n reliquis id agas quod rerum certa requirat
E t belli ratio. qui parent legibus, iſtos
C ollaudes, qui non, violento cogere ferro
H os te poſſe putes. ſarto tibi iure feroces
A dmoneas, pœnaúe graui ſub ſigna repoſcas.
S ic Regina, loco ſurgens quæ deinde Senatum
S oluit: & è numero delectos vrget equeſtres
I re viros, ipſam quæ tum comitata ſequatur
P ars dominam. reliquis abitu dignata beati
A dmonet officij, iusq́ue in pia pectora mittit.
E t nunc noſtra, inquit, cœleſti regna Tonanti
E t patri committo Deo: qui ſummus Olympo
C ùm Rector ſiet, ac mentes inflectat agatq́ue
Q uò velit, & tenui compeſcat iurgia motu:
I s populos, noſtriq́ue ſtatus & culmina regni
S eruet, & hos animo placatus firmet honores.
T u verò patrijs ne deſis inclyte rebus:
N ec ſtudio deſis, quo meme aduerſa pauentem
E rigere, & mœſtam ſolari munere poſſis.

Fac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F ac ſacro ſtent cuncta gradu: ne iniuria quenquam
L ædat, & inuiſa miſeros vel lege grauarit,
V el meritum præter ſcelerato obiecerit enſi.
Q uod iuſtum eſt agite, & Chriſto ſub vindice rectum
P erficite, in nullo mens ſit ſibi conſcia facto.
V icerit externos, qui ſe quoque vicit. honeſtum eſt
N ec nocuiſſe bonis, nec præmia ſancta malignis
A ſſerere, & curua metiri facta bilance.
Q uæ grauiora premant fortaſſe negocia: ceu cùm
N on facilè expedias quæ ſit ſententia dicto,
M aioreſúe ſerant populis certamina lites:
I n reditus tranquilla meos ſeruata quieſcant.
I ntereà bellis quanquam non triſtibus inter
E ſſe queam: neque enim duris me ſexus in armis
E ſſe ſinit: ſpacijs tamen haud diſtantibus inde
A bfuerim. fortaſſe aliquid præſentia noſtri
C onferet, ac patrio ſubtendet robora bello.
F inierat, ſuperoſque ſimul teſtata, Senatum
D imittit. properantur equi, leuibuſque iugales
C urribus impediunt. facili pars eſſeda canto
S ubruit: vrgentes alij conſcendere rhedas
E t curſu proferre gradus. mora nulla, per amplas
I nuehitur Regina vrbes, pariterque quadrigis
P ergit. vt impulſo cum turbine parua feruntur

Nauigia:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N auigia: haud facilè eſt oculos defigere malis,
A tque acie curſus protruſaque roſtra tueri.
S ic Scanos Regina petit. freta tranſit & vndas,
Q uà diuulſa breui ſaliunt maria ardua fluctu,
A tque Helſingburgum proſpectat littus in vrbem.
I nde celer Lundam curru venit. Illa priori
V rbs ſeclo meritis præſtabat honoribus, & re
L autior in reliquas ſua commoda tranſtulit vrbes:
F œcundoque colit ditiſſima prædia monte.
H uc igitur multò ante duces Margreta iubebat
C onfluere, immanis caperent vt munera belli:
O fficijque gradus, neruosque & vincula iuſtæ
M ilitiæ acceptent, ſeque in ſua fœdera iungant.
I pſa etiam accedens pernici læta volatu
V rbem adit, ac prima tū demùm ibi nocte quieſcit.
M ulta mouens animo diuos veneratur, & omnem
M ilitiæ euentum ſoli pia credere Chriſto.
I amque dies aderat roſeo prouectus ab Ortu,
F ebrua cui decimam tribuêre piamina lucem:
C um ſimul egregios Regina iubebat in ædem
A cciri Proceres, cui prunis toſtus acerbis
C raticulamque gerens tum Martyr præſidet, amplo
D iues agro, lateque bonis opulentus opimis.
H uc ergo ingrediens celeri comitata miniſtro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t ſtipata latus diuino Antiſtite,quo tum
S cania ceu vero fœlix erat aucta parente,
D euenerata Deos primùm conſiſtit:& indè
I n medios progreſſa graui ſic voce morantes
A lloquitur,nec abeſt facundis gratia dictis.
I nclyta maiorum ſoboles:& honeſta meorum
N obilitas:quo me ſuperi florente beatam
O rdine decernunt: regniq́ue hæc ſceptra tueri
E t proferre iubent certisq́ue augere triumphis.
Q uæ me cauſa tuas vrgere in prælia vires
I mpulit,ac patrias conferre in bella phalanges,
I gnorare nequis: mecum qui longa tumultus
A ſſidui pateris,ſcelerataq́ue iurgia damnas.
E t nunc præteriti repeto nihil acta furoris
H oſtilesúe minas.nec quid mihi publica ſparſit
H actenus aura mali:dum ſeſe Albertus in iras
C oncitat,ac noſtris illudit ſubdolus armis.
R es ea iam pridem latè volat,obuia ſæuis
I udicijs hominum,qui vel plauſere ſuperbo:
V el miſeros odijs nihil infeſtare verentur.
S cilicet humanæ quo demùm more,quibusq́ue
I nterdum dictis ignota negocia gentes
E xagitare ſolent:dubijs cum plurima rebus
C eu tamen haud dubijs cumulant faſtidia verbis.

At nihil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A t nihil auerſæ populorum vocibus vſquam
C eſſimus officio. motos à Rege tumultus
E t temerè immiſſas vicina in rura cohortes
F regimus. aurato piſcatur Suecia reti:
E t magno conſtant ſtratagemata perfida Gottho.
Q uos tibi ſucceſſus & honeſtæ nomina laudis
D eferimus. qui cum ſuperis potiare ſecundis,
I n nos magna tuæ virtutis fama redundat,
M eque adeò obſtrictam tibi grata in præmia reddit.
S ed quid ego hęc cunctis iam pridem nota? parúmne
E ſſe putes, veteri laudem virtute mereri,
N i tibi præſenti cumuletur gloria facto
C onſiſtatque fides: patriæ quæ rebus aſylum
P ræbuit, ac noſtros etiamnum durat in vſus?
D ij tibi pro meritis, quantum dare cœlica poſſunt
N umina, diſpenſent. ſed & eluctarier hiſce
S i fortuna malis & mens ſibi conſcia recti
A fflictam me aliquando ſinant, votoq́ue potiri:
H aud quicquam ingratæ ſtudio certaſſe querare.
I ntereà veteri pro conſuetudine faſces
I mperijq́ue gradus, quantum potes aſſere. bellis
N unc equidem accingor, patriasq́; acceſſo phalanges
A lberto permota, truciq́ue & prorſus habente
N il rationis. ineſt auido vis effera Regi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I mpatiensq́ue ſui natura, accenſa nocendi
P ropoſito, quo me, ſi quid fera vota ſecundent
O ptanti, patrijs ſatagit depellere regnis:
E t mea multiplici diſpergere commoda flexu.
H inc igitur ſtant iuſtæ acies, exercitus, alæ,
C ornua, & ex omni contracta frequentia regno.
Q uo mihi nunc cuneo, & populorum claſſe Tyranni
R egia tentanda eſt, longiq́ue iniuria belli
V indicibus pendenda dijs. num ferre neceſſe eſt
Q uæ vobis cumulat diuturna opprobria Danis?
E t mihi certa quidem ſpes eſt proſperrima Chriſto
S ub duce bellorum peragi certamina poſſe.
Q uo vos læta velim nulloq́ue imbuta timore,
P rincipe vexillis ſubmittere pectora noſtris
V irtutemq́ue ſequi: qua gens mihi Danica ſemper
C ognita, & eſt noſtro iam pridem accepta parenti.
C umq́ue mihi haud fas ſit medijs conſiſtere pugnis,
C onflictuq́ue manus ſerere, & ductare cohortes:
H æc mihi fœmineo quòd vis ſit perdita ſexu,
E t ratione veter. alium tibi trado Senatu
I udice, qui noſtras decreta in prælia præſtet
S uſtineatq́ue vices. quæ poſtquàm dixit, honeſtè
A cceptum media Lyckeum ſiſtit in æde
C ommendatq́ue ducem populis, ac talia fatur.

Hunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H unc habeas inuicta virum gens Danica, cuius
I mperio parere velis: quo Principe lætum
M ilitiæ exantlabis opus, belloq́ue ſuperbum
C ompeſcas, mea nunc qui prouocat arma Tyrannũ:
E t ſpreuiſſe tuos audet temerarius enſes.
C onticuitq́ue parum. tum verò vt voce locuta eſt,
S ic ſubicit. partam tibi gens ita rere ſalutem
E t fortunato ſuperanda pericula bello:
S i ducis imperio non detrectanda putabis
O bſequia: at prompto facias animoq́ue parato
Q uæ fieri mandet, quibus & parere neceſſe eſt.
T um verò Proceres, & tu mihi Danica pubes
I pſa virum noſti, quantis tibi militat annis
Q uanto vſu. neque enim me ignauo credere turmas
A tque hæc bella vides. Latij prudentia mundi,
A tque artes Sueonum: tum ſi qua induſtria Gallo,
O mnia Lyckeo comperta fatebere noſtro.
H unc igitur belloq́ue ducem, monitisq́; magiſtrum
A ccipite ô Proceres: cuius ſibi quiſque putabit
I mperium nullis violandum motibus eſſe:
N i pœnas etiam, ſi quis præfractus obire
I uſſa neget, metuiſſe velit, culpamq́ue piare:
E t luere effręnes quæ fas ſentire maniplos.
S ic ait: ac humeris Chlamydem ſubtendit Iuaro

P urpuream,belli decus atque inſigne probati
S upremique Ducis.quæ poſtquàm appenſa nitentes
P andebat limbo gemmas,tum voce ſequuntur
I ngenua,templo quicunque aſtare:petuntq́ue
C ollaudantq́ue virum, fuſisq; in ſidera dictis
I ngeminãt plauſum, & dominæ ſpẽ vultibus augẽt.
I lla nihil contra,iunctis ſed brachia palmis
E xtulit in cœlos,populiq́ue ad iuſſa quieſcens
S e ſibi confirmat,curasq́ue in gaudia voluit.
A tque hæc geſta quidem ſic ſunt.conuiuia lætis
P erficit Antiſtes,meritisq́ue adiungere menſis.
C um cœlum intereà propulſis vertitur horis
A lternatq́ue diem:ſubitas Venus aurea flammas
M ane iacit,propterq́ue oritur placidiſſima Phœbum,
E t tulit eoo radiantia lumina mundo.
H ìc digreſſa quidem caſto Regina cubili
S acrorum de more petit ſolennia templis:
E t precibus venerata Deum,commendat Olympo
O mnia quæ patrio iam ducit robora bello.
I nde miniſterio non paruos obtulit æris
D epacti cumulos:argenti pondus & auro
I nductum calicem,ſacrata numiſmata voto.
M ox abitum maturat,equosq́ue educier acres
P ræcipit. Hìc celeri Lyckeum voce vocatum

Admo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A dmonet,atque graui tùm protinus ore locuta eſt.
L yckee,ante alios multo mihi charior vnus:
E t meritis adamande tuis: cui Numina ſæuos
S ternere,& infeſtis tribuant premere enſibus hoſtes:
S is genio fœlix.& nunc tibi contrahe noſtros
D uctor equos,animumq́ue vocatis omnibus adde,
E t ſi quid monitis opus eſt,decerne.faceſſat
O mnis vbique mora,& quantum potes impiger inſta
P ropoſito,ac celeri curſus lege tramite noſtros.
V num oro:totis animis connitere,toto
C onſilio,vt minima lædantur clade coloni,
Q ua tu cunque graues circum regione cohortes
D ucis,& hac forti calcas mea rura phalange.
N unc ego præcedam,& venienti caſtra parabo
V ardburgi,refici quò miles poſſit,& iſtic
S altem aliquot durare dies,operirier hoſtem
G rataq́ue curato ſubmittere pabula ventri.
H uc tranſmiſſa etenim leuibus multò ante carinis
A urea dona iacent Cereris,ditiſſima regni
M unera,quæ faciles cumulabant tota coloni:
V t nec equos,nec dura viros affligere poſſit
A ut tardare fames.ego te præceſſero quantum
S eiungant noſtras bidui diſcrimina turmas.
D ixerat. Hìc ſubita velut actus nube reuertit

Haſnia-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H afniaca pridem quem miſerat vrbe vocatum,
N ortuagios in bella viros. Ille impiger vt ſe
I ntulit in Dominæ conſpectum, narrat honeſtæ
E Borea gentis quæ ſit conſtantia: quæ vis
P ectoris, ac quantum ferat in certamina robur.
A nte aliud tamen ingenium ſolertis, & iras
I ngentes, alacremque refert in prælia mentem:
Q uæ ſitit hoſtiles libare in vulnera dextras.
S iue vtraque aciem coniungi ex gente iubebis:
S eu mage quamq; velis proprijs ceu viribus omnes
H os tentare aditus, hoſtem quibus opprimat, hic ſe
I n quoſuis viſæ caſusque & iuſſa paratam
E ſſe refert. auido gens hæc Nortuegica motu
E xpetit inuiſo Sueonum ſe opponere Regi,
E t finire minas: patriosque ex hoſte penates
A ſſerere, & duro pacem ſibi condere ferro.
V tque falerna bibunt auido mera gutture, ſi quos
A ut ſitis alta premit faucesque aſtringit inanes,
A ut grata inuitat fraterna in pocla voluptas:
C um ſimul aſſedêre boni, Comitesque bonorum,
E t leuibus poſcunt aſpergere vina corollis:
H aud alio pubes animo Nortuegica bellum
H oc ſitit: huc totis propendet viribus. vnum
I d Regina petunt coniunctis vocibus omnes:

Vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V t forti firmaq́ue ſies in prælia mente:
N ec tibi fas vllo ſtatuas rumore moueri
Q uo minùs incepto properes,finemq́ue dolori
I mponas tandem,fręnumq́ue furentibus addas.
D enique iam grauibus conſiſtit miles in armis,
I am conferre manus,dextrasq́ue infundere dextris
M oliriq́ue aciem cupit, & concurrere bello.
P ræcipuè verò officio,virtute fideq́ue
A tque animi ſtudijs Tuuo tibi militat,acri
G adlorum prognatus auo,cui pectore firmum
R obur ineſt,mentiq́ue decus ſublime reſedit
C onſiliumq́ue viro.totas ſolertior vrbes
V ectus equo circùm explorat, totumq́ue virorum
A gmen agit,populosq́; vocat, iuuenumq́; maniplos
C ogit,& excitos delectu examinat:arma
I mperat,ac pleno trahit in certamina iuſſu.
D efunctus ſedenim iam dudum munere fines
M ilite cum toto noſtros obſedit,& iſtis
T e præſtolatur celerantem prælia campis.
H actenus auditum patienter læta ferebat
P ercepitq́ue virum.ſedenim Nortuegica poſtquàm
C aſtra loco didicit nunc opportuna morari:
Ae thera complectens oculis promptiſſima laudat
P ectora,& ingentes animos ad ſidera tollit:

C um ſimul & merito Langæum grata ferentem
M unere donari iubeat: celeriq́ue caballo
O rnari, & rutulum dat habere in præmia torquem.
H îc Lyckeus enim, quod nuncia læta referri
A udierat, toto gauiſus pectore iuſtas
C oncipit in cœlum voces: defendier orat
S eq́ue ſuosq́ue Deo, Superosq; iuuamina poſcit.
T um verò ſi fortè tuas Regina cohortes
P ræcedens ducas, vrbiq́ue arciq́ue propinques
V ardburgo, rectè potes id feciſſe videri:
E t tua non dubios referet præſentia fructus.
Q uid quòd & expediat diuiſo tanta moueri
A gmina procinctu, alternasq́ue capeſcere noctes?
D enſa vrgent preſſantq́ue magis. disiunge meantes
E t ſpacijs diſcerne viros, intercipe greſſus,
E t leuius ſua damna ferent, quibus hoſpita noſtris
O rdinibus præbere & equis dare tecta neceſſe eſt.
N os operã dabimus ſine magna vt clade ſequamur.
N ec mora, cum celeri ſeſe Regina volatu
A bſtulit in currus, rectaq́ue accedit in vrbem
V ardburgum, priſco fuit vrbs ea ſplendida ſeclo
D iuitijsq́ue potens: primas qua luce tenebat
I nter honoratos Hallandica & oppida ciues.
N unc æquata ſolo lachrymis teſtatur obortis

Inuiſas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I nuiſas Superûm leges, quibus ardua latè
M œnia proſternunt, flammiſq; ingentibus implent.
I ntereà dum ſe venturo ſeruat honori
E t melius proferre Deos ac condere fatum
M œſta rogat, celeri tutela eſt fida carinæ
E t portu ſua lucra capit. iacet obuius iſte
O mnibus vnus aquis, quaſcunque in littora ſæuus
A ut Aquilo, aut Zephyri, aut Lybicis qui ſpirat ab oris
V entus agit, pulſatúe fero ſaxa aſpera Cauro.
H eu quantum Parcis, quantumúe furentibus olim
H îc Furijs licuit, Sueco dum milite tantus
C oncidit vrbis honos: dum culmina tanta, virumq;
E t ſeries vetus, & populorum ſacra peribat
P oſteritas, patrijq́ue trahunt ſibi funera muri.
Q uis cladem iſtius confectaq́ue multa diei
C orpora narrarit? diuis ego teſtibus vtor,
E gregia virtute quidem & ſolertibus armis
D ecertaſſe bonos: hoſtiliaq́ue agmina latè
D eieciſſe loco, & nuſquam ceſſiſſe feroci
F identique manu patriam proferre ſalutem.
D onec inhumano patuit ſtratagemate, quà ſe
I nferret claram truculentior hoſtis in vrbem,
E t cædes cumulata fuit: qua plurima virtus
T um conſpecta graues inter ruit edita pugnas,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E xtremoque ſtetit rerum ſolertia planctu. (uoluo,
S ed quid ego hæc nequicquam etiam nunc grata re-
Q uidúe queror? ſi qua victoria fraude dolisúe
P arta fuit Suecis: penſatam cladibus eſſe
D ixeris, ac noſtros ea mouerit vrna Minores.
H uc igitur Margreta ſubit, propereque ſequentem
T urmam agit, ac celeri circum diſponere iuſſu
R uſtica tecta virûm: quo ſeſe Danica vallo
A gmina contineant: donec Nortuegica campos
H os ſuperent, inter regnorum brachia qui nunc
P rotenſi medijque iacent, Neoloſia turres
Q uà cœlo pandit, notiumque aſpectat in orbem.
H àc miles ducendus erat Nortuegicus. aſt vt
P erceptum fama & conſtanti voce fuiſſet,
V ardburgum veniſſe deam: Gadlæus in acrem
H æc mandata virum confeſtim detulit, omnes
Q ui rerum formas, qui Principis omnia diſcat
M omenta, & fieri quid ſuaſerit illa, referret.
H anc Hartuicus obit Krumdigo patre creatus,
N obilibusque viris: ſeries quem longa vetuſtos
I nter auos titulis & honeſta laude vehebat
I ngenioque manuque alacrem: cui cura fidesque
C onciliat populorum animos & pignore firmat.
V t venit, Regina virum collaudat, & omnes

Se rerum

S e rerum articulos momentaq́ue ſcire fatetur:
E t quid iam patrio ſtudeat Nortuegia bello.
S ed tamen hîc etiam grato Krumdigus ab ore
O mnia commemorat, quo primùm maxima iuſſu
Q uaq́ue opera Gadlæi acies numerusq́ue virorum
C reuerit, & quantæ cingant nunc rura phalanges.
D electusq́ue equitum non cæcis ſortibus actos:
N il neque amicitiæ Procerum, neque gentis honori
D onatum. exacto luſtrata ea robora cenſu
Q uæ trahimus. nihil hîc miſerum, nil debile: nil quod
A ſpectu fœdum ſubitas tibi pectore curas
M ouerit, aut animum ſtimulis onerarit acerbis.
I pſa quidem ſolitum præter Nortuegia morem
C ontractos tibi mittit equos: nunc omnibus vltrò
V iribus infudit, quodcunque exquirere robur
E t ſperare velis. tanta eſt fiducia, tanti
C onatus, cùm te compulſam in bella, ſequantur
E t virtute iuuent, hoſtemq́ue in vincula mittant.
Q uin peditum numerus tibi diues & integer vnà
A duolat. officijs certat Nortuegia, ne quid
C ommuni deſit patria in certamina laudi.
H anc Regina manum Gadlæus ducit: & omni
N unc turma conſedit, agros vbi vaſtus inundat
S perchius, effræni Venerum qui permeat amne

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t medio celeres partitur gurgite lymphas.
H is equidem tua iuſſa locis exercitus omnis
P ræſtolatur agens. fieri quæ dixeris, ipſa
O cyus exquiras, nos iuſſa capeſcere fas eſt
E t mandata ſequi. Summo Regina Tonanti
P rincipiò grates ſoluit: mox quærit, equiſúe
P abula ſufficiant, totíque alimenta phalangi?
C um ſimul Hartuicus: neque enim Regina putabis
D iſſimulanda, tuas ſi quæ fortaſsè cohortes
A ffligant aduerſa. viris nil dêeſſe querare:
P abula iumentis ita defectura putabis
H oc ſi caſtra loco cupias diuturna morari.
S cis nobis quam noſtra ferat Nortuegia meſſem.
H îc quatiens Margreta caput: mihi caſtra moueri
I ſta volo, & noſtris coniungier agmina turmis,
H uc transferri aciem. Vardburgo pabula cauti
I ntulimus: nihil hîc quo exercitus omnis alatur
D efuerit. celera rectos fidiſſime curſus
E t mihi cum totis Gadlæum ſiſte maniplis.
H aud nunc tempus equis populisúe alimenta deeſſe.
Q uin potiùs pleno nutriri corpora paſtu
E xpediet. macro nihil eſt quod maxima tentes:
E t funeſta terunt dubios ieiunia greſſus.

Ille

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I lle abit. Intereà pauliſper in vrbe moratus
L undenſi Proceres numero capit, arma viroſq́ue
O rdinat, ac certis accommodat omnia rebus.
I mperat hijs, ne quid ducendis luce ſequenti
M ilitibus deſit. triduo captaſſe quietem
S ufficere. Hallandas mox figere caſtra per vrbes
E xpediet magis, & properè id feciſſe neceſſe eſt.
V t res acta animis celeriq́ue expleta labore eſt
C arpit Iuarus iter: magna præcone phalange
E xcita, & lituis abitum crepitantibus vrget.
C ontrahitur numerus, pagisq́ue exercitus omnis
A duolat è varijs. Sed enim quo maior eundo
C ommoditas ſiet, in plures ſe fundere turmas
I uſſit equos. Hìc Kromponi mandare ſecundas
I acobo partes: tu meme, ait, inde ſequare,
M illia noſtra decem quantum ſeiungere paſſus
C aſtra queant. verùm cùm magni ruris in agros
V eneris, hic demum ventura nocte quieſce.
A t rurſus tua caſtra moue, cùm craſtina pulchros
L ux tibi ſurgenti ſub Apolline deferat ignes.
H is ego præcedam cuneis, ſtatione potitus
Q uam dare ſera dies tandem mihi lumine poſſit.
D ixerat. haud alio quàm pectore dixerat omne
V rget Iuarus iter. primumq́ue inſigniter auctam

Flumi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F luminibus Sleſam ſuperat.tum vaſta ſonantem
T ranſmittit Rönnum, bifido qui gurgite quondam
C inxit,ab angelico quæ nomine tecta recenti
S tructa manu,& latè tum cognita tecta virebant:
N unc deſolato tantum veſtigia fundo
E t ruderum cumuli, ac veteres rodolentia muros
S axa iacent, ſeris obnoxia ſaxa ruinis.
A rrarus hinc celeri defertur in æquora curſu:
H inc Keilam campi cingunt,hinc Pula virente
P lenus aqua pagum Margretæ circuit: omnes
Q uos ſtrato fluuios tranſmittit ponte.deinde
Aë rias ſcandit rupes:vbi diues opimo
S cania prouentu vicinas limite terras
S eparat,ac curſus Hallandas firmat in vrbes.
A ſt vbi montoſæ ſuperata anguſtia ſyluæ
I n decliue ferat, Rennus fluit.impetus illi,
Q uanta ſolet leuibus ſubtendier aura ſagittis,
E t latè ripas extenſo diuidit amne.
M ox triplices vno ceu natas fonte ſorores
L auumque Nyſſamque vagum, Aegramq; ruentem
T ranſijt.hæc ſoboles Vetteri magna, paluſtri
S emper & aucta loco Smolandica permeat arua:
E t vario ſeſe diffundit in æquora tractu.
O mnes diuino ſub gurgite maxima condunt

Corpora

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C orpora Salmonum, Lucios Percasq́ue rubentes,
E t dulces Praſinos, & lenes dentibus Orcas.
H oc igitur permenſus iter feſtinus anhelat
V ardburgum, dominæq́ue ſubit Lyckeus in arcem:
C ùm iam quarta dies extremas cogeret horas,
E t primæ ferret vicina crepuſcula nocti.
V t venit, heſterna Gadlæum luce cohortes
A dduxiſſe videt: celeri Nortuegia quas tum
S ubſidio miſit numeroq́ue manuq́ue valentes,
C aſtraq́ue defixis iam pellibus alta tueri.
H ìc ergo opperiens quoſdam vt Regina moratur
S ubſiſtitq́ue dies: ſubito venit ecce volatu
N uncius è Suecis, dominæ qui prima moueret
P ectora, & exciret circum præcordia bilem.
M ira etenim ſtimulat miſerum indignatio Regem
I mpatiensq́ue animo verſat ſua damna, tametſi
I pſe quidem cæcis agitet feruoribus ignes,
S eque minus capiat, ſtupidoq́ue errore vagetur.
N unc metuit, ne quid Margreta obiecerit vt non
E xpediat turmas, pauidiſq́ue excedat ab armis.
N unc vt lenta diem non ſeruet: & extrahat ipſum
P ugnandi tempus, ſtudioq́ue eludat inani.
D enique confingit, quas impigra pectora cauſas
M ultiplicant: paſſimq́ue premens quod Dania robur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Q uos neruos,quod militiæ congeſſerit agmen,
S uggillat:ſolitisq́ue iocis & ſcommate carpit.
V tque magis Dominā accendat, cumuletq́; ſuperbis
D icta minis,noceatq́; aliqua,& fera pectora prodat:
I mpoſuiſſe rotis Cotem & miſiſſe Tyrannum
H uc memorant,ſannas populo & ludibria noſtro.
C umq́ue ſub aſpectum dominæ,Legatus adibat
H ac tum voce ferunt ſcelerati muneris vſum
P andere,& immanes circum diffundere vultus:
V alde equidem effræni petulans in probra cachinno,
T eter,heri ſimilis: cuî nulla modeſtia linguam
T emperat,ac ſtolidis æqua eſt legatio factis,
D ictorumq́ue hæc ſumma fuit. Iam penè vereri
A lbertum,ne quo mulier perculſa timore
V ſpiam in ignotas abdat ſe mæſta latebras,
C unctetúrue manus ſerere,& diffidat inani
P ræſidio. nuſquam ſe præterijſſe monendo
C onſulere,vt rerum ſatagat Margreta,dijsq́ue
C edat egens,ſupraque nihil petat æmula vires.
A t cum perlato tandem rumore parari
A udiat arma,animique aliquid ſupereſſe procacis,
A uſit vt aduerſos in Gotthica tela maniplos
D ucere,& imbelli tentare pericula Marte:
I am non ſtultitiam mirari. aſt omnibus vltrò

Addere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ddere conſilijs animum. cœleſtia faxint
N umina, vt inualidos tandem conferre lacertos,
E t properes iuſtæ librare volumina pugnæ.
V tque minus dubites limatis bella ſariſſis
A ggredier, rigidam mittit tibi Suecia Cotem:
A lbertusq́ue monet, gladijs adhiberier iſtam
P oſſe tuis: hebeti ne quid mucrone ſequare
E uentus bellis, obtuſaúe prælia verſes.
S ic ait: ac geſta ceu re benè, plauſit. at illa
N il dubitans: quamquam deformes pectoris iras
S ciret, & immani cumulata opprobria dicto:
H is concepta modis tandem reſponſa ferebat:
S ollicitum pro ſe regniq́ue ſalute Tyrannum
T antopere eſſe, Deûm ſe agnoſcere munus, & iſtis
S e grates habituram etiam: qui in pectore tantos
H oſtis alunt motus, tantasq́ue immittere curas
D ignati, nuſquam Albertum conſiſtere, nuſquam
T ranquillum ceſſare ſinunt. ita ſcommata ſannis
C ongerit, ac turpi cumulat mihi probra labello.
N uncq́ue adeò extremum ſceleratæ mentis, & alti
E latique animi pignus tranſmittere. Sed nec
Q uæſitas ſtudio latebras trepidante, nec iſta
C ote opus eſſe putet. Diuis authoribus hæc res
S ic mihi confecta eſt, acui fortaſsè neceſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V t nihil externa gladios ſit Cote: phalanges
H as mihi dij ſeruent,& iuſta ad prælia mittant.
E t tamen hoc etiam noſtris ex hoſtibus omen
A ccipimus. quæque ipſe, malus licet, offerat vltrò
M unera, nequicquam mihi contemnenda putarim,
N ec ſegni prenſanda manu. mihi Numina donis
H unc addant cumulum, gladijs ita vulnera noſtris
P andier: vt fruſtra non miſſam Suecia Cotem
S entiat, ac ſtulto ſua ſint ludibria facto.
D ixit. at ingenti Regina excanduit æſtu
I ntus,& accenſam capiunt vix pectora bilem.
T antum ardet, tantumque furit patienter,& altè
P robra minasque premit. commotos inclyta vultus
D iſſimulat, tacitisque implet ſingultibus auras,
L æta oculos, motasque inter placidiſſima mentes.
I lle vt abire parat, retrahi iubet illa parantem,
A ffaturque. Nec hinc etiam ſtolidiſſime greſſus
A bſtuleris: non hercle prius quàm teſte probaris
E uentu, quantum gladijs vtamur acutis,
E t minimè obtuſo pugnet mihi Dania ferro.
I lle pauet. Sed enim nequicquam dura pauentem
S ic recreat. Non te iuuenem violaro: faceſſat
I ſte metus. Verùm turpi ceu gutture cauſam
I nuiſam cùm dirus agas, patiare moneri,

Haud

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H aud conceſſuram reditum tibi. dixit,& illum
C ompingi vinclis celſa intra mœnia iuſſit
S eruauitque virum. res eſt variata quibuſdam
I udicijs,hos cum factum culpare:ſed iſtos
I n laudem traxiſſe iuuet,rectumq́ue tueri.
N ec mora ſupplicibus proſpectans ſidera palmis
I ngemuit,taliq́ue animum ſermone reſoluit.
M e miſeram. quid enim? nuſquam ceſſare Tyrannū
P roſpirare minas,noſtrisq́ue illudere regnis?
D a pater æthereo qui iuſtus in orbe gubernas
A tque ſalutiferos in prælia dirigis enſes:
H ijs aliquando malis,qualem pia Numina finem
D onari tribuiq́ue velint. ego munus ab hoſte
H uc mihi tranſmiſſum tibi conſecro. Iuppiter iſtud
P erficias,votisq́ue adiunge ea munera noſtris:
V t plorans in ſe verſam fera Suecia Cotem
S entiat,ac noſtris cedat Victoria regnis.
D ixerat. à bello ſacris lætiſſima templis
I nferri iubet,ac media defigier æde,
Q ua Notias tecto partes Roſchildia pandit,
E t fixit tereti munusq́ue & vota columnæ.
H æret adhuc geminis Cos firma tenacibus hamis,
A ntiquæ teſtis fidei,virtutis,honorum
M ilitiæq́ue decus, quæ cum monumenta nepotes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ſpiciunt, claris confecta parentibus olim
B ella vident, veterumque manus & geſta tuentur.
Intereà belli ſummos Regina magiſtros
L yckeumque Ducem, & Gadlæum, nuper ab oris
Q ui Nortuegiacis magna comitante phalange,
V enerat, acceptos conuiuas ſobria menſis
A dmouet: ac inter cœnandum plurima Regis
A lberti malefacta canit, ludibria narrat,
F lagitiumque recens tranſmiſſa Cote recenſet,
S uſpirans, riſu ſed honeſto ludit Iuarus
D etergitque iocis. Tibi gratulor inquit, & iſtos
N unc Sueonum Princeps ceu pignore, forſitan ante
I nuictas noſtris ſubmiſit faſcibus vrbes:
A cceſſitque tuis tam dura potentia regnis:
C onticuitque. Duci Proceres ſuccedere. vultu
I pſa graui tantas & honeſto pectore moles
P enſitat. Vtque diu tacitam premit ardua mentem
S oluitur in lachrymas oculos: ac grandinis inſtar
P ermagnæ teretes effundunt lumina guttas,
H aud multas. Proceres nil conſolarier audent,
P erculſi fortaſsè. ſed illa exorſa venuſto
S ubſequitur ſermone. Vetus contentio noſtros
O Proceres, affligit auos: nec longa beatam
H as inter gentes cumularunt tempora pacem.

Sed

S ed quo tanta quidem diſcordia fonte,quibuſúe
E ffluat inijcijs,diuûm fortaſsè poteſtas
N ouerit: aſt animis non eſt ea cognita noſtris
A ut perſpecta lues. videor tamen omnibus iſtud
A ſſequier numeris,cupidas hæc iurgia mentes
G ignere: nec tantos alia vel origine motus
V el cauſa naſci. Nam quod fortaſſis ad ipſas
A ttinet has terras,diti certè vtraque regno
G ens ſua rura colit,nullarumque indiga rerum
Q uas mare,quas tellus & honeſta negocia lucris,
C ontractuſúe ferũt,cumulantúe per oppida merces.
V nus at inſatiabilis & ſceleratus habendi
A rdor,agit cunctos in aperta pericula ſenſus:
D eturbatque loco mentes,ne recta ſequantur,
N eúe velint quodcunque ſatis natura Deusque
I uſſerat eſſe,ſatis. cùm rerum plurima certè
P oſſideant: nihil his contenti,plura feroci
I ndomitoque petunt animo. Sic vita, beata
E ſſe humana nequit,cùm quod deſideret,vltra
I udicet eſſe aliquid:ſtudioque agitetur inani.
E t tamen hæc noſtri miſera eſt & labilis æui
C onditio,optatis vt ſi fortaſsè fruare,
N il tamen & melius conſultum eſt mentibus. eheu
C ogier haud vnquam mortalia pectora poſſe,

Vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V t ſapiant. poterat ditiſſima Suecia Regi
S ufficere: hæc etiam ne prædia noſtra prophano
E xpetat ingenio,peregrinaq́ue regna ſequatur,
I ndomitus. Sedenim ſi quid mihi Numina veri
P ræſentire dabant,nihil hoc exercitu & armis
P erficiet. curæ Superis ſumus: exitus ipſe
A ſſeret hos animos,victorq́ue tuetur Olympus.
V num eſt, ô Proceres,quod nunc ego mœſta futurũ
P roſpicio: haud noſtra forſan virtute Minores
V ſuros. aliquo perrumpent fœdera facto,
D eturbentq́ue gradus ſociæ rationis,& acri
H æc mea poſteritas confregerit ocia bello.
C umq́ue etiam varijs agitanda pericula formis
H os inter populos,atque hoc in littore cerno:
T um,(niſi quid fallat ſeu mens decepta pererret,)
V ardburgi clades atque altas ſpecto ruinas,
Ae quatoſq́ue ſolo muros,& culmine fracto
S ubſediſſe domos,flammisq́ue ardere penates:
C onſilio fortaſſe Deûm. Sic temperat orbem
I uppiter,ac dubias alternat in oppida ſortes.
E xoriare aliquis noſtris ex gentibus vltor:
Q ui face, qui Sueonum ſi ſint fera pectora ferro
M olliat,ac æqua reddat commiſſa bilance.
M œnia reſtituat,validisq́ue palatia muris

E radice

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E radice leuet. veteremq́ue recentior vrbem
V incat,& æternam ferat in noua culmina Laurum.
  S ic fata abrupit vocem diuina. locutam
S uſpiciunt taciti. dapibus tum menſa remotis
T ollitur. Illa duces abitu dignatur,& inſit:
C raſtina cùm primùm nitidos aurora iugales
E xplicet, ac toto Phœbum temone reducat,
H anc Lyckee domum, tuq́ue ô Gadlæe redito.
Q uæ mihi tunc animo vobis referenda ſuperſint
E xpediam. dixit: ceſſere ea munera nocti
E t ſua quiſque petit. cœleſtes ſidera flammas
P rotinùs accendunt: tenui ceu luce niteſcit
O rbis,& ætherios fundit ſe veſper in ignes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C. ERASMI MICHA-ELII LAETI,

MARGARETICORVM

LIBER VII.

ALbertus magnos animisq́; & voce triũphos
Intereà circum germanica caſtra vagatus
Perſonat: ac crebris onerat conuiuia menſis,
Securus fatique ſui ſortisque futuræ,
Et ſeruare modum clamoſi neſcius oris.
Vſque adeò furit indomitus: dictoque procaci
Inuehitur, ſtudio fortaſſe haud improbus. aſt res
Eſt bellum, multis velut hydra obnoxia collis
Impatienſque modi: cuî rectum languet, & omnis
Intereà ratio tenui fulcitur honeſto.
Mutua non tantum libantur vulnera: mentes
Ipſæ etiam auerſæ vel proflant ſcommata, vel ſe
Exagitant dictis & acerbo dente fatigant.
Illuduntq́ue alijs alij, non hoſtibus hoſtis
Parcit, & inuiſo lacerant ſe pectora rictu.
Aut quid noſtra etiam populorum dicta referrem,

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N on ſemper ſatis æqua? premunt confinia ſæpè
V icini:propterq́ue leues in mutua cauſas
P rælia deſcendunt,bilemq́; proteruia gignit.
A rdor ineſt animis ſua cuîque domeſtica facto
A ſſerere,& magnas cumulare in pinguia laudes.
V ileſcitq́ue alijs aliud, petiturq́ue voluptas
E x odijs,pretiumq́ue operæ blaſphemia reddit.
E t tamen haud ſimili gens omnis in omnia morbo
A fficitur. cuidam ceu naturalis in omnes
I mpetus eſt ſannas. alius minùs improba linguæ
D icta colit. quidam quò ſtulta licentia,vel quò
M ens ignara rapit,communi more feruntur:
A ſſuetasq́ue vomunt in fœda opprobria voces,
P lorandi: Miſeras vitæ mortalis & æui
Q uòd neſcire vices & cæca volumina poſſint.
A lbertus ſed enim Sueonum pro more locutus,
N unc alijs aliud cumulat. quem multa deinde
T urba ſecuta iocos miris affectibus augent
I n caſſum. Nec enim ludibria crebra triumphos,
N ec pariunt veras ſcelerata tripudia laudes.
R es alio tentanda Deo eſt. nunc ergo frequentes
A uditi,miſeros laxo qui gutture Danos
P roſcindunt:anguſta etiam tellure morari,
E xternis & egere bonis,è littore pannum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F arraq́ue Vandalico deferrier. Inclyta durum
S uecia tranſmittit chalybem,ferroq́ue recocto
A uxiliatur:ineſt animis contemptus, aluntq́ue
P ectoribus faſtum,totosq́ue apprendere certant
R egnorum fines,ſtudijsq́ue haud mitibus ardent.
S ic ſeſe Albertus,ſic Vandala denique pubes
O blectat. ſequitur Sueonum laſciua fremensq́ue
N obilitas,partimq́ue probans,partimq́ue ſtupeſcens
C ogitat alternas dubia in certamina ſortes,
D eq́ue ſuo in medium proiectis ſanguine talis
L udier:ac bello pretium ſua vulnera poſci.
M ultiplices igitur voces,& multa per omnes
I urgia ſparguntur campos. qui caſtra probarunt
A lberti,varijs pugnas hortatibus vrgent
C onfirmantq́ue animos,& ſpe certamina captant:
D ecertantq́ue minis etiam. Ceu meſſor ariſtas
F alce ſecat,cogitq́ue leues ſubſidere culmos:
V iribus haud aliter defectum ac robore Danum
V andalici obruerint,victoſúe in vincula mittant.
H oc,ait Albertus,metuo,ne forſitan acres
N os fugiat Margreta viros:pugnamq́ue locumq́ue
D etrectet ſtudioſa fugæ,& ſe includat in vrbes
I nualidas,bellumq́ue trahat,preſſetq́ue morando:
E t mea caſtra dolis ſtudioq́ue eludat inani.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

At mihi nequicquam ſegnes in prælia vires
Eſſe ſciat: celeri quantum fugit, inſequar auſu
Balthicaque hoc finem ſtatuam mihi littora bello.
Aſt nunc iſta quidem miſeræ ſunt nota. Tyrannus
Dixerat. exoritur clamor denſæque coronæ
Læticia, & pleno celebrare tripudia mulſo:
Cum Proceres inter quidam, iam ciuis, at olim
Plurimus aularum comes, & pars grata Tyrannis:
Cognita cui virtus, & mos & pectora noſtræ
Gentis erant: quique in medijs velut enſibus æuum
Triuerat, ac Danos multo iam norat ab vſu.
Vt fremere ingenti cunctos videt ore, perinde
Ac nihil è tanto ſupereſſet Marte pericli:
Indoluiſſe quidem tam vanæ mentis ineptos
Dicitur acceſſus, gemituque in celſa tuliſſe
Sidera contractum vultum, & preſſiſſe dolorem.
Hunc vt fortè caput ſpectat mouiſſe Tyrannus,
Intumuit frendensque & acerbo lumine flammas
Eiaculatus. oues veluti cum ſæua luporum
Circumſtat rabies, aliquamque in vulnera cauſam
Dentibus exquirit, dirumque in fata tuetur.
Sic Albertus inops animi bacchatur, & illum
Obtutu terrens: quid enim tu perfida quaſſas
Colla, ait, ac pauida ſuffragia voce moraris?

F are age quid dubia tandem tibi mente reſedit,
I ngenioq́ue premas nunquam mihi ritè ſecundo?
I lle manus primùm tendens in ſidera: nunquam
I ngenio me Rex alio experiere, nec vnquam
M ente alia, quàm qua ſemper tua magna ſecutus
O ptaui læto me commoda cernere vultu.
N uncq́; Deos etiam precor, vt tibi proſpera donent,
A tque animi votum, & dextram ſucceſſibus ornent.
V num id (quandoquidē quæ cogito mente, requiris)
A dmoneo, & certis teſtabor vocibus vnum:
H aud quaquam imbelles, nec ceu tu rere fugaces,
N ec prorſus ſtupidos te excire in prælia Danos.
N ec quam nūc iacimus vincentur arundine. durum
I d genus eſſe ſcias, quod nullis penè periclis
F rangitur, & forti tolerat ſua vulnera neruo.
I pſe ego fortunam diuerſo multus ab vſu
E xperior congreſſus, & hos contra arma Leones
D ura ferens. ſparſo conſtat mihi vita cruore
M ultiplicíque fuga. didici quid Dania poſſit,
C um nihil inuita ſequitur ſua commoda mente.
N on ea res poclis conſtat, non ſcommate. dixit
C iuis. at Alberto circum præcordia ſanguis
F eruet, & actutum furibundo exclamat ab ore.
E n Proceres animo quo noſtra hic caſtra quibusq́ue

Pecto-

P ectoribus ſequitur. tantam dii peſſime reddant
P erfidiam, & meritas cumulent tibi Numina pœnas.
H actenus aduerſo non mirum eſt prælia caſu
E xantlata: viros habeam cùm bella gerentes,
Q uos cùm fortè tegat Sueonum toga, Danica totos
M ens agit, ac noſtris haud fida laboribus implet.
S ed neque tu fruſtrà obgannitum vocibus eſſe
L ætêre, & noſtri diſcant tua facta nepotes.
I nfrendensq́ue altumq́ue furens in carceris vmbras
P rotinus abripier, ſubigiq́ue in vincula mandat.
P òſt vbi me fuſis referat victoria Danis,
Q uas meritus patiêre cruces, & morte piabis
S tulticiam. non me placidum fortuna precanti
R eddiderit, quæcunque etiam blandiſſima noſtros
S iue beare dies, ſeu tollere triſtia poſſit.
F inierat. famuli abducunt: fremit ore Tyrannus,
S ic eat, hinc Sueonum ſi quis pòſt prædicet hoſtem.
A ſſenſere omnes, clarisq́ue accentibus aulam
O ppleuêre. velut celeres cum fortè moloſſi
A udiuêre lupos patulas vlulaſſe per auras:
A ttollunt ſeſe in caudas, & gutture veros
P enè lupos imitantur: ineſt latrantibus ardor
I n rabiem. totam haud aliter clamoribus aulam
I nficiunt temerè. tum quas ſibi ſingula fingunt

Pectora

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P ectora nequitias? alios meditata voluptas
I n Furias adigit. dubiam pars ducere prædam,
R uſtica pars flammis exurere tecta. ſed omnes
I nter erat multò lepidiſſima turba, ſuaui
Q uæ ſperata quidem cumulabat ſeria dicto,
P erque iocos vana curarum mole fatigat.
T eſſera certatim iacitur, laterumque volucri
N unc aliud curſu, aſt aliud nunc lubrica pandit
I ncertoſque viris donat ſperare triumphos.
H is equidem volupe eſt Danorum ſortibus arces
S ubijcere, Hafnenſem Venus hæc mihi traxerit vrbē:
H ic canis Anconam mihi vicerit. iſte Coronam
S enio lucretur. Lundam mihi detulit iſte
T alus, & hoc tandem ceſſit mihi Dania iactu.
S ic ſua ludendo traducunt tempora. multis
A lbertus partitur opes & caſtra miniſtris,
I pſus egens multis promittit multa: colonos
L argitur. ſtultus, qui quod ſapienter ab Vrſo
P rodijt, haud vero decernere lumine poſſet,
H aud duci pellem, neque vendi tergora, ſi non
A nte feram certo ſternant venabula ferro.
I nſtabilis ſed enim mortalia gaudia feruor
O ccupat, ac tenui nonnunquam maxima lapſu
V erſa ruunt, ſubitoſque parit fortuna dolores.

Nuncius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N uncius intereà quidam, quem Albertus in oras
S canenſes, cunctos inquirere miſerat actus
M argretæ, & certos bellorum noſſe paratus:
I n medijs populi veniſſe tumultibus atro
D icitur actus equo, certosq́ue adferre gerendi
R umores belli. Iam Danica robora ſeſe
N ortuagijs iunxiſſe viris, atque inclyta circum
M œnia Vardburgi metatos caſtra: quietem
S ic agere, vt magnis nihilominus actibus inſtent:
C onſueſcantq́ue graues proferre in prælia dextras.
L yckei totum parere hortatibus agmen:
H uncq́ue ducem bello ſupremum exiſtere, cuius
M axima conſilio res & virtute geratur.
N uncq́ue adeò exercet cuneos: nunc agmina certis
C enturiat numeris & opus conatibus vrget.
S pectat & has animo ſolers, atque ipſa ſubinde
C ircumequitans lætæ ſimilis Margreta, phalanges
A dmonet, ac meritos Ducis actibus addit honores.
D ixerat. aſt hominis ridere inſomnia. Sed cum
D iſcuſſa tandem crapula ſub luce ſequenti
C onueniunt, alio tum demum pectore feros
E xpendunt motus, rerumq́ue pericula verſant,
A ttoniti: cum non ventura huc ſigna putarant
D anica, nec tantos Margretam adducere poſſe

a Impe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I mperij neruos, vt cominus anxia vires
V iribus opponat, dextraſque repellere dextris
A udeat, ac tantas propter conſiſtere turmas.
P ræcipuè fama & populorum vocibus auctum
C ùm Sueonum ſciret peregrino milite regnum:
V andalicoque etiam contractas littore gentes
C onfluere, & grandes adferre in prælia vires.
S erius acceptum eſt, Alberto multa moueri
P ectoribus. Sed enim cum conſtitit, ordine quidam
T euthanico miſſus, ſociam qui in bella ſuperbis
F erret opem, ac noſtræ cumularet funera genti:
I ngenium obſeruans Alberti principis, iſta
S ic dixit. mirum eſt timidos occurrere Danos
M olirique aciem, imbelleſque in tela lacertos
A dglomerare. equidem pauidorũ haud dixeris, armis
I nuigilare viros, campis non cedere, dextris
B ella ſequi & nullo victos terrerier enſe.
C redo equidem ſtupidos meritò cenſerier. at nunc
E xercere globos iuuenum, concurrere campis,
E t ſimulare graui non irrita prælia curſu:
H aud mihi ſtultitiæ partes, nec inepta videntur
C onſilia. intereà poclis nos indulgemus. at iſtud
Q uorſum etiam? externo ſi quæ mihi cognita bello
A lea iudicium rebus ſubtendere poſſit:

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N on quicquam triſtes video intermittere Danos,
Q uod fortes in bella viros & honeſta deceret
P ectora. Sauromatas primis ego miles ab annis
E xpertus, pugniſque ætatem & tempora triui:
A uſonioſque duces & maxima prælia vidi.
H aud alio prudens ſi quis fuit ordine in omnem
F ortunæ euentum ſeque & ſua cuncta parabat
C ommoda. momento res conſtat. & alta locauit
F undamenta bonis rerum ſucceſſibus, hunc ſi
Q uis fortaſſe modum vera virtute ſequatur.
N on omnis numero ſemper qui vicit, & armis
P rotinùs eximium bello decus extulit. an non
I nnumeros Xerxis, ſi quæ tibi nominis huius
C ognita fama fuit, peditumq́; equitumq́; ducumq́;
I ngentes cuneos collectaque robora noſti?
A ttamen hunc Graiū manus haud ita magna coëgit
I n turpem ſe ferre fugam. teſtantur Athenæ,
E t Salaminei fluctus, forteſque Plateæ,
Q uo ſe Perſa modo, qua ſe truculentior aura
R ettulit in patriam, Græcaſque reliquerit vrbes.
Q uin tibi, quòd pacto vincas, haud turpe putaris:
S i te fortè, dijs rem fortunantibus, impar
H oſtis agat cœloque premens vtatur amico.
R es ſed adhuc nobis vtrinque eſt integra. quid ſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F œderis eximij & ſociandæ commoda pacis
P rudentes reperire Duces populosq́ue videres?
H aud ego nunc Sueonum diffido viribus. aut quis
H oc dubitet pauidos numeroſo milite Danos
V incier, ac facilè demergi in funera poſſe?
N ouimus imbelles animos, & pectora toto
P reſſa metu. fugient primis congreſſibus: haſtas
I n medijs ſpargent campis, atque arma relinquent.
V tq́ue leues etiam tinnunculus aſper alaudas
P erſequitur: preſſos ita nos formidine Danos
P ellimus: vt noſtro vel fundant enſe cruorem:
V el planè incerto macerent ſua pectora curſu
L aſſitiq́ue fuga medijs ſternantur arenis.
A ſt cum bella ferant dubios in vulnera morſus
A lternentq́ue vices, æquentúe in prælia dextras,
E t luctu vincentem onerent: ceu fortè Leones
C um ſternunt armenta, aliquid quoq; cladis & ipſi
I nterdum capiunt, pugnasq́ue doloribus explent.
N on ego propterea̓ ſpernenda ea iuſta putarem:
Q uæ tibi, quæ Sueonum pulcherrima fœdera regno
E ſſe queant. ratio eſt mihi cognita, qua tibi quaq́ue
I ſti Margretæ componi iurgia poſſent.
F ac age, quod tantis tibi polliceare futurum
M ilitiæ neruis ſtudijsq́ue ac Marte virorum,

Vincere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V incere te bello Danos,& cædibus hoſtem
S ternere: quæ tandem exempto te rebus & auris
H umanis poſt fata putas ventura? quieſcant
V icini? haud vanam ſibi fingant ſomnia pacem,
N ec tranquilla putes ſubeunda nepotibus arma.
S cania materies ſemper fuit: vna manebit
M ateries ſemper belliq́ue & cædis: ab iſto
P oſteritas rapiet triſtes ſibi fomite pugnas.
H aud direpta ferent Scanenſia prædia Dani:
S uecia nec fuſo quod partum eſt ſanguine linquet.
H inc igitur populis ſuaderem fœdera. quid ſi
S cania Margretæ cedat? tibi pondere magno
V enerit, ac iuſta depenſa pecunia lance:
M ilitiæ pretium longoq́ue ſalaria bello?
R eſpice quantum homini dederint tibi fata, recordor
A uditum, Sueones ampliſſima rura tueri,
S ceptraq́ue ſub Boream porrectis tendere regnis.
Q uin ego per tenebras & inhoſpita luſtra ferarum,
L imina regnorum tibi ducier audio. vel quid
S molandos memorē? quid Gotthos pingue colentes
F œcundumq́; ſolum, quos Heſperus aſpicit, & quos
E xtenſos Oriens vicinis claudit arenis?
V plandoſq́ue etiam latos, Cereremq́ue metentes
F rugiferam? Vel quid Vermlandica prædia dicam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D allenſesq́ue viros? quibus ars innata ſagittis
E t iaculis certare, proculq́ue ſub æthera forti
M ittere tela manu viſumq́ue attingere neruo.
T um Geſtricenſes, Helſingos, Iemphtica rura,
A tque Angermannos: tum Botnica luſtra ſub Arctos
P enè extenſa feras, geminoq́ue obnoxia plauſtro:
I nde etiam Lappas, Finnosq́; & cognita Biarmis
S axa viris: vbi ſupremo ſe vertice mundus
C ontrahit, ac dubios Cynoſuræ ſpectat in ignes.
P rætereà acceſſit Finlandia vaſta per amplos
E xporrecta ſinus: geminisq́ue aſperrima ripis,
Q uà Notio immittit frontemq́; & littora ponto
H incq́; ſuos Sueones, hinc proſpicit ardua Moſchos.
L ongè equidē tua regna ferunt, tua magna poteſtas:
L ongè etiam imperium profers mortalis. an iſtud
H aud ſatis eſſe putes, tua quo tibi pectora credas
C onficier? multas armis percellere gentes,
E t multos bello populos tibi cogere: multas
H ercle etiam curas animis parat. vna beatos
R es dabit ire dies, ſi cum moderata ſequare,
N il ſupra humanas tentarint pectora vires:
N ec quod fas ſperaſſe vetat, cupijſſe ferare.
R es eſt plena mali tam vaſta potentia. nonné
E xpedit anguſto potiùs conſidere, ſed re

Fœlici

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

F œlici ditiq́ue aruo: quàm plurima bellis
C ùm fortaſsè petas, dubio tamen omnia fructu
A ppetere, & grandi cumulare pericula damno?
N onné vides tumidis quaſſari celſa procellis
N auigia, & fortes ſentire ingentia ventos?
I mmenſum nihil eſt quod fata per omnia durat.
T um verò populis meritam præſtare ſalutem
Q ua ratione potes? multis dominaris, at hiſce
I ura iacent: & cuncta feris Pręfectibus horrent
P reſſa tuis. quò non Dominus ſua lumina ſpectans
I ntulerit, regniq́ue beet commiſſa, tenebris
O mnia demergi cladesq́ue ſubire neceſſe eſt.
N unc igitur cape conſilium, quod tempus & æqua
O btulerit ratio. melius ſeruantur ab vndis
Q uæ ripis illiſa quidem ſoluuntur, in æquor
Q uàm totum delata: feris vbi fluctibus altum
V orticibus furit, ac fremitus ſub gurgite verſat.
N os equidem patrio qui te nunc Marte cientem
P rælia ſectamur, concepta pace ſequeſtres
O fferimus. dabit ipſa viam fortuna modumq́ue:
O mnis vt hæc animis tolli diſſentio poſſit,
C onſiſtantq́ue iterum ſopito fœdera bello.
A udiet hæc Oriens, & qua ſua fundit Iberus
O ſtia. nec tantùm poſitos mirabitur enſes,

Aeterna

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Aeterna ſed te victorem laude celebret:
Q uòd potiùs quæ recta ſies & honeſta ſecutus:
I nclyta quàm dubiæ ſubmittas culmina ſorti.
D igna Deo res eſt ſapere. at parere monenti
V tiliter, veris aperit prima arma triumphis.
F inierat: cunctisq́ue oratio cepta benignè eſt,
C ollaudantq́; virum, atq; aſſenſibus omnia firmant,
I gnari. qui quod ſapienter voce locutus
E ſſet, in Alberti detorquent commoda: cùm nec
M entibus Alberto, nec Danis militet ore.
I nſula Gotthano, Sueonum contermina regnis,
A mpla mari vaſtosq́ue inter iacet ardua fluctus:
O ppoſita ſpectat quà fronte Liuonia montes
T uiſthiacos: vbi Steckburgo diductus in ortum
P rocurrit ſinus, & patrias incuruat arenas.
I nſula diues opum, cum libertate potiri
F ata ſinunt, nullaq́ue gemunt ſub clade coloni.
H æc equidem ſedes primæua ab origine Gotthis
E t pars magna fuit: quo nunc Gothlandia fato
C ognita cæruleas inter caput exerit vndas
S uſpirans. adeò nihil eſt, fundamina magnis
A ut rebus poſuiſſe: aut hac te ſorte beatum
T eſtari, meritis quòd ſis ampliſſimus. alta
O mnia ſubſidunt. meritis iniuria reddit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Q uod minimè es meritus. decedit gratia rebus,
E t vetus in tenues exſpirat Gloria fumos.
P oſtquàm igitur bello ſtatuit vicina Tyrannus
E t premere,& preſſos in funera mittere Danos:
N ec tamen aut ſtudijs nerui,aut conatibus æra
S uppeterent,exquirit opem poſcitque Monarchas
P ræſidium,& grandi ſub fœnore colligit aurum.
T um Pruſſos etiam fama eſt tentaſſe Magiſtros,
A tque æris ſignati aliquot pepigiſſe talenta:
I nſula quo fidei tandem ſub nomine duros
I ncidit in nexus,alienaque penè ſubibat
I ura virûm, patrioque dolens exceſſit ab orbe.
H anc igitur quòd vix retineri poſſe videret
M argreta vincente: quòd ocyus illa reuulſas
I mperij partes aut congeſtura fuiſſet,
A ut minimè paſſura alienæ accedere genti:
I ccircò tali tum cautum voce locutum
D ixeris. Extemplò Proceres & ſobria turba
D icta probat. iam iamque magis ſubmittere criſtas
C eperat Albertus, patulasque accommodat aures
C onſilio,& totos inclinat in optima ſenſus:
C ùm ſubitò motos quatiens Rhamnuſia vultus
Ae therio delapſa polo ſuper aſtitit, ingens
Q uà poterat ſummo ſpectari è vertice mundus:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A lectoque imis excitam faucibus orci
L uctificamque citamque vocat. Venit illa ſagittis
O cyor, & cœli media ſub nube videnda
P ræbuit horrificis vndantia membra colubris.
C uî Nemeſis, diuûm furor & iuſtiſſima vitæ
V ltio: quam nullus ſtudijs impune proteruis
C ontempſit, tali Ioue prodita voce locuta eſt.
A lecto, Furias inter notiſſima diras,
C onſcia cui ſibi mens dederit terrere rigentes
F lagitijs animos curasque inferre dolori:
H unc mihi da Virgo tenuem ſata nocte laborem,
E t tibi quæ tradam magno mihi condita cœlo,
P erfice. Tu noſti bello committere gentes,
F œdera perrumpis, meritasque in funera pœnas
R eddis, & à ſano diducis pectora ſenſu.
E n quantum toto iam cæcus corde labaſcit
I ſte Deo inuiſus Boreæ rex: incute ſæuam
P ectoribus rabiem, inſpiraque furoribus ignes,
N e ſapiat. dixit Rhamnuſia lenta, ſimulque
I n ſuperos iterum conceſſit feruida ventos.
A t fera præcepto magni Iouis aucta, citatis
P aſſibus excedens Sueonum petit impigra terras,
E t diras armata manus, armata capillos
A nguibus horriſono compleuit ſidera lapſu.

Cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C um veluti neruo multum comitante ſagitta
I n præceps agitur, liquidas volat illa per auras
E rumpens, interq́ue leues dat ſibila ventos.
S ic Erebo-ſata dira ruit, gelidamq́ue ſub Arcton
T endit & in Sueones quanto licet impete fertur.
I llapſam ſenſere Duces, longeq́ue per auras
S tridentes alas, & membra ſonantia captant.
A ſt exempta oculis veniunt mala. protinùs arce
V t ſumma ſtetit, hærentem tum fortè Monarcham
L apſa per impluuium Regem petit: eq́ue capillis
C onijcit horrificis atrocem moribus anguem,
I nq́ue ſinum miſero præcordia ad intima ſubdit.
I lle per incinctas & laxa volumina veſtes
V oluitur, ac leni ſtringit caua pectora tactu:
V ipereumq́ue vomens inſpirat virus, & ignes
A ccendit ſtudijs totamq́ue in funera mentem
I ncitat: ac ſano Regem de cardine vellit.
E xtemplò infœlix furialibus incitus vmbris
A rma vocat bellumq́ue fremit, propereq́ue ruentes
H ortatur iuuenes. quid enim ceſſatis? an arce
H ac Axelualdo totos mihi ducier annos
F ata ſinant? Heſterna equidem mihi luce ferebat
N uncius, aduentu noſtris accedere regnis
M argretam. Sed enim faciat Deus, auſit vt arma

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A usit vt inualidas in prælia mittere gentes,
C onſerere & mecum iuſtis velit enſibus: iſto,
C ertè equidem quid ſit Sueones in bella cieri,
E t bello tentare viros molliſſima diſcet.
S ic ait, ac dicto plauſit. fremebundus in omnes
P eruolitat caſtrorum aditus lateq́ue iacentes
E xcitat, ac ſubitis animos clamoribus auget.
H uc Sueones, huc Theutonicis exercitus alis
P lenior, hybernis equidem paulò ante profectus
V enerat: ac ſparſo velut ordine lata quieſcens
O ccupat arua viris & equeſtri milite complet:
Q ui nihil Alberto timuit minus. ille vagatus
H ortatur, laudat, virtutes prædicat: & nunc
C orpora curari iuſſit. volat inde per omnes
M ilitiæ cuneos. alij mirantur inani
B acchantem fremitu Regem: pars facta probauit
C ollaudatq́ue. animos ita confirmarier & ſpem
M ilitibus ſtatui, ſi claro bella ſequantur
P rincipe: qui monitis præſtet ſapientibus, & ſe
I mpauidum hoſtiles inter probet eſſe maniplos.
A ut quid turba feris æquata leonibus vnquam
P ræclari efficiet Ceruo duce? fortia fortes
P ectora ſubijciunt alijs in prælia motus,
I ncenduntq́ue calore animos, & cædibus æquant.

Malo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

M alo per indomitas & inhoſpita littora Syrtes
P rincipe Alexandro fatum tentare, leues quàm
S ub Therſite manus, pauidasúe laceſſere gentes.
A lbertus multis igitur tum vocibus hoſtes
P roſcindit firmatque ſuos, circumque feroci
I nuehitur ſpectandus equo: velut actus in orbem
C um trochus exilijt vinclis, celerique rotatur
T urbine. Succlamant pueri plauſumque coronæ
I ngeminant, plagisque cient & curſibus implent.
S ic Rex incenſo ſimilis, lituoque ſonante
E t celerum turba magnos vrgere tumultus.
O ſocij. Nec enim longis ambagibus errat
F ortuna, & noſtris cumulabitur optima regnis.
C redo ego non dextro Margretam Numine pelli
E t facibus turbari animum furialibus, at me
Q uorſum ago? ſuccedat pugnæ malè ſana, luatque
Q uod merita eſt. Sed enim cū lux mihi craſtina primo
M ane rubet, totis exercitus adſit in armis
E xpediatque manus operi: quo Suecia Danos
S eruitio premat, ac meritis terat obuia bellis.
S ic ait, & properans ſeſe ad ſua caſtra recepit,
P laudenti ſimilis. pubes Germanica vectum
L audibus extollit, noctemque in ſomnia vertit.
Intereà Regina ſuos dum rupe moratur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V ardburga monitis quantum potis inſtruit, acres
I nflammatq́ue viros. primumq́ue exercitus omnis
G entibus è binis ſummo parere iubetur
B ellorum pugnæq́ue duci. tum multa per altos
O rdinis eximij numeros hortamenta peregit,
E t præſtare fidem laudesq́ue capeſcere facto
M andat:& in ſeros ea mittere geſta nepotes.
E ſſeq́ue concordes animos contendit,& omnem
A Chriſto fortes iuſſit ſperare ſalutem.
F idite corda Deo,& numeros contemnite,ſi quos
V ndique non vera cumulat virtute Tyrannus.
N ullus in hoc numero mihi non donatus abibit:
N ec ſibi quis fruſtra duris ſudoribus actam
M ilitiam,aut tenui certatam ſorte queretur.
H oc ego vos vnum teſtabor,& omnibus vnum
H oc monitis contendo,Deos ſperate. piorum
F acta patrum veris virtutibus ædita quiſque
S ic imitanda putet:ſolidis vt laudibus æquet,
E t ſua non dubijs referat tela aucta triumphis.
S ic pro re paucis Regina locuta quieuit
C ontemplata ſuos. Sed enim Lyckeus alentem
P lurima pectoribus dicto ſolatur honeſto,
A tque ait. haud dubiam ſi quid mihi fata Deusq́ue
F ortunam aſpiret, mecumq́ue hæc tota benignus

Cornua

C ornua cœleſti moderetur acumine:ſaltem
T ertia vt hinc ſurgat nitidis aurora quadrigis
I d doceam,minimè petulantibus omnia rerum
C onſilijs momenta dari: nec viribus eſſe
F idendum magnis,quas non pulcherrima virtus
C ontrahit. excrucies animum nihil. inſere Chriſto
P ectora,& è cœlo ſi quid potes,omina firma.
N os equidem pro te quantum feciſſe patiúe
C onſtantes fidoſque decet,feciſſe probabis.
C um ſimul illa virum eſt affata benignius,hac tum
A dmonet,atque graui compellat voce ruentem.
V ade age digne tuis ſemper maioribus,& te
D igne magis,ducibuſque etiam memoranda futuris
G loria. Dij vera clarum virtute beato
E uentu faciant ad tecta paterna reuerti
L ætum etiã,& merita cumulent tibi tempora Lauro.
S ic ait, aſt lacrymis oculos impleuit obortis
E t cœlum teſtata,locumque ducemque relinquit
I nque ſuos tandem concedit mœſta penates.
L yckeus ſed enim mandato inſtructus & iſthac
S uprema ceu voce,ſuos adit impiger:& iam
C aſtra mouenda docet,primuſque excedere geſtit.
P rotinùs exoritur clangorque ſonuſque tubarum
A tque ingens iuuenum fremitus, clamorq; virorum

Ac iter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A c iter vrgentis cunei. pars ſtupea flammis
T ecta cremanda dedit. tenues pars curribus infert
S arcinulas : alij pedibus contendere: denſos
C ætera flectit equos,& ephippia turba perurget.
H ic equidem lætos iuuenes,hic prompta videres
P ectora. quis cuneos & denſæ magna phalangis
R obora commemoret? grauis armatura premebat
I ngentes humeros: ingentia tela ferebant
E xcelſasque haſtas:nihil hîc imbelle,nihilque
I nualidum. Sedenim plenis hinnitibus auras
I mplet equus,patulasque infert ſub ſidera nares,
E t curſus glomerare leues,& ludere ferro.
T andem vbi prouecti per inania longa ſequuntur,
E xceſſere oculis hominum, rupesque per altas
A ruorumque ſinus miliaria multa volando
E xſuperant turmæ,triduisque laboribus oram
D eueniunt:tanto Superis vbi ponere metam
D iſſidio viſum eſt, gladijsque exſcindere lites.
H ijs igitur vicina locis vbi caſtra virorum
M etatus fuit,actutum tendebat Iuarus
I nuehiturque citus tela inter maxima,& ore
S ic monet. O Socij fœlicibus iſta tenemus
A rua dijs. nihil hîc neque pabula grata caballis,
N ec deſunt alimenta viris. defigite terris

Caſtra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C aſtra manu. Cumulis huc vecta ingentibus adſunt
L igna focis: celeres inducite follibus ignes,
E t paſſim ſuccenſa rogis in ſidera tendat
F lamma leuis, recreetq́ue ſuo ſtupefacta calore.
F ortia vos etiam curare ego corpora mando
O ciaq́ue alta ſequi. Vigiles nunc tota locaui
C ircum caſtra viros, factoq́ue intendere iuſſi.
C raſtina quàm primum roſeo lux ſparſa cubili
A ttulerit totum rutilanti ex æthere Solem,
A gmina mota locis ad fata extrema ſequamur.
D ij tribuant, fauſto mihi lux vt craſtina Sole
O rta, ferat patrijs fœlicia ſidera bellis.
D ixerat: ac tenuem conceſſit Iuarus in oram
C aſtrorum in medio. Summos vocat inde cohortis
P ræfectos, reficiq́ue iubet: ſed ſobria quiſque
P ectora, & ingentes ſibi ſe conſeruet in vſus.
D iſceſſum eſt. totis collucet vt ignea crebris
F lamma rogis, latè denſas agitata tenebras
D iſpulit, ac claro prodebat caſtra nitore.
N ec mora, ſurgentes ſpectant in ſidera flammas
Q ui ſpeculatum aderant Alberto Principe dudum
M iſſi equites: prima cum iam ſub nocte vagati
O bſeruantq́ue globos, hoſtiliaq́ue agmina latè
M enſurant campis: ſeq́ue in ſua damna pauentes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E xſtimulant animis,&ſpe recreantur inani.
C umq; leues paſſim ſpectant ſub ſidera fumos
V oluier,ac mixtos volitare in nubibus ignes:
S icut erat,vera reputant ratione vocatos
I am toties veniſſe viros:contemptaque multo
A gmina deriſu funeſtum aduoluere Martem.
V tque magis flammas & in ignea viſa propinquant,
H oc mage conijciunt:donec propiora ſubibant
I am loca,nec dubio ſpectare pericula vultu.
T um verò manifeſta fides,non oppida tectis
I ncenſis flagrare,velut deterrima quidam
C rimina mentiti,facibus ſuccendere vicos
E t flamma populante lares exurere Danos.
E rgo auidi ſpectare ignes cum incautius aruis
S uccedunt,primos vigilum ſentire maniplos:
I n quos cum ſubitò Sueonum manus incidit, eſſe
R ata ſuos,tali venientes voce monebat.
Q uæ vos cauſa viri tam latè errare coëgit?
A ccelerate gradus cuneoque aſſiſtite noſtro.
H oſtis habet campos. en totis caſtra fauillis
S pargere voluentes ſupera in faſtigia flammas,
E t propiùs ſubeamus,ait. cum protinus hoſtes
I n medios ſeſe(neque enim reſponſa dabantur
F ida ſatis)miſero tremefactus pectore Gotthus

Sentijt

S entijt illapſum. Veluti cum fortè iacentem
C alcat humi tortum ſpiris ingentibus anguem,
I lle caput tollens immania ſibila criſtis
E xerit, ac diram minitatur vulnere mortem:
C um fugit, ac retro ſua flectere lumina meſſor
E t pauet, & tumido retrahit cita membra chelydro.
H aud aliter Sueones, hoſtilia tela videndo
C ùm metuant, celerare fugam pedibusq́ue relatis
I n diuerſa ruunt. pars Axelualdica curſu
M œnia contendunt: alij quà cæca viarum
C ompita cliuoſos proptèr decurrere montes
E lapſi, tenebras inter ſubitosq́ue pauores
E ffugiunt: nullo plures certamine capti
I n nexus venêre, manusq́ue in vincula mittunt.
E noſtris quidam cum fortè ruentibus inſtat,
I ncidit in dumos præruptaq́ue ſentibus antra:
I mplicitusq́ue pedes ſalienti membra caballo
E xcutitur, foueasq́ue inter ſpinasq́ue prementes
I gnotum molitus iter luxata trahebat
B rachia iuncturis emota labantibus. hunc re
C omperta inquirunt ſocij, mœſtumq́ue reducunt
B landiti. Sed enim circum præcordia bilis
F eruet, & ingentes ſe ſuſcitat ardor in ignes.
I pſe virum clypeo redimit Lyckeus, & artus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ttrahit excuſſos ſatagens, ac iuncta reponit
B rachia. ceu fragiles magno conamine ramos
C um quis perfringit: Sic cum ſe rurſus in imos
I nſerit articulos ſcapulisq́ue patentibus abdit
A uulſus nodo cubitus ſonat. Inde ſaluti
R edditus adduci fremebunda voce caballum
I mperat inſiliens. Quo me nunc Blacche relinquis
D eſertum fuſumq́ue loco? non iſta probarim
F œdera: nec talem quondam mihi pinxit Houellus
C ùm tua multiplici memoraret tergora laude.
G reſſibus adde oculos, cæcasq́ue aduerte latebras:
Q uodq́ue eſt ante pedes, ſi quid ſapis, aſpice: cœlum
L inque dijs, celſusq́ue regat ſine Iuppiter orbem.
A ſt Axelualdum quæ pars delata citatos
A duenıſſe refert decreta in prælia Danos:
S pectariq́ue acies, pyrisq́ue ingentibus altos
N unc ardere focos, ferriq́ue ſub æthera flammas:
N ubibus inſpergi cineres, cumulosq́ue globorum
L ambere ſidereos agitatis follibus ignes.
S ed numero certè exiguo res Danica, certè
E xiguo conſtat numero: nec & iſta putabis
C orpora præſtanti Suecorum obnitier auſo
S ufficere, aut noſtras ſubuertere poſſe phalanges.
Q uæ poſtquàm elato placuiſſet fabula Regi,

Tollit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Tollit ouans animos,& ſpe ſibi pectora firmat:
Collaudatque ſuos,certatque im mittere ſomno
Lumina,& extremam membris inferre quietem.
Ergo vbi Vardburgo procul exceſſere cohortes,
Et Falocopenſem contendit Iuarus in oram,
Bahuſum Regina petit. Iacet inclyta celſo
Arx ea ſtructa loco, ſaxiſque videnda ſtupendis
Ardua congerie firmique bitumine muri:
Quales Tarpeio memorant in culmine celſas
Stare domos,mediaſque velut contingere nubes:
Et procul aërios inter ſe condere ventos.
Albia depreſſis hic vallibus errat, & imos
Alluit vnda pedes, ripiſque tumentibus exit.
Hæc Veneri celeres inter rapidiſſima fluctus
Labitur,& ſummo præruptas gurgite foſſas
Sic agit, vt magni cataractas fundere Nili
Poſſe putes. tanto ſonitu tantoque fragore
Lapſa ruit,non vt fluere: at ſubuoluier altè
In præceps,ratibuſque vias prohibere videres.
Tum verò Elsburgum fluuio adiacet,aſpera muris
Compages: vbi Gotthorum procurrere ſummos
Fata dabant fines,noſtraſque attingere ripas.
Bahuſum ſedenim cum iam Regina petendo
Venerat,actutum priſcis ſe inferre Sacellis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D iuorumq́ue expoſcit opem: Chriſtumq́ue precata
E ductas patria pro libertate phalanges
C ommendat cœlo. tum verò inducere menti
M axima vota,Deoq́ue omnem committere cauſam,
E t fortunatis pertexi curſibus orat.

C. ERASMI MICHA-ELII LAETI,

MARGARETICORVM

LIBER VIII.

PAnditur æterno memoranda à nomine belli
Orta dies:roſeosq́ue orbi ſua lumina currus
Phœbus Apollo iacit:foribusq; patētib.horæ
Emittunt ſubitos pleno temone iugales.
C ontinuò rapidas Pyrois,Eŏus & Aethon
C orripuêre vias,ſuperumq́ue aſcendere mundum:
C um patria ſignum pugnis Albertus ab arce
E xtulit,ac rauco crepuerunt cornua cantu.
E xtemplò commotæ acies,fremitumq́ue dedêre
V etterusq́ue ſagax,Venerusq́ue & gnara futuri

Albia,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A lbia, quæque feros incingunt aſpera Gotthos
A ut Sueonum lambunt internas flumina valles.
Q uid ripas auxiſſe lacus, quid murmura dicam,
A uditosque inter glacieſque & cruſta fragores?
H orrendum tonuêre canes: totaſque per auras
I gnea delapſæ ſubigebant viſcera ſtellæ.
I ntumuiſſe fretum ſonituſque agitaſſe ſtupendos,
S ubſediſſe diem: nebuliſque ingentibus omnem
V etteri fundum liquidas halaſſe tenebras.
Q uin tranquilla dies aliquot ſua flumina ripis
C ontinuiſſe ferunt, nuſquamque exiſſe profundo
H ærentes fluuios venturaque damna pauentes.
Q uidúe Lupos auiũq; greges, volucrumq; ſequentũ
A gmina dira canam? fama eſt aquilaſq; feroces,
I ngluuieque graues monſtraſſe pericula miluos
E t captaſſe locum, magnas vbi vertere ſortes
D ijs viſum Superis tumidaſque exſcindere gentes.
H eu cæcas hominum mentes, & in optima nuſquam
P ectora gnara fatis: minimum eſt mortalibus ægris
Q uod ſapimus. ſtudio ferimur ſub triſtia: nec nos
A ut monitus ſacri, aut oſtenſa pericula tardant.
I ngenioſa malo eſt hominum natura, ſibique
S tulticiæ pretium atq; opprobria plurima gignit.
Q uod ſentire Lupis datur & præſcire futuros

Inſuper

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I nſuper euentus, hominem latet. omnibus vnus
I mperat: aſt nulli minus eſt ſua cognita, nulli
V ita incerta magis. Ceu mollia contrahit auceps
R etia, & inuoluit non cautas fune volucres.
S ic ſubitos hominum caſus cœlumque diesque
A ccelerat numero. ludit ſors neſcia rerum,
E t ſua mortales inter faſtidia ſpargit.
N emo equidem, nemo eſt fœlix. ſuprema dierum
I udicat, ac cunctis æquam fert vnica lancem.
O ptima res homini pax eſt. tum viuere paucis
C ontentum, & tota mediocria poſcere vita.
E xtremum ſed enim, & deterrima meta malorum eſt
I nſultare alijs, turpesque aſpergere ſannas
E t nigrum cumulare ſalem: cùm fortè procaci
D eformare bonos libeat certamine, & altum
I n vulnus ſtudeas ſceleratam immittere linguam.
I gne quid vtilius? ſed quis ſatis arma, quis enſes
L audet, & infracto confecta negocia ferro?
C ornua taurus habet: vehit vngula dura Caballos,
A rmarit rabidos vnguisque & cauda Leones:
D ente Canis, nocet aſpectu Baſiliſcus acerbo
I nterimitque graui Dipſas tua corpora morſu.
A ſt homini natura dedit mentemque manumque
Q ua noceat. durum fato genus, anxius optat

Vnde

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V nde perire poteſt,& quo ſua proſpera rumpat.
Etiam prima dies nitido fulgebat Olympo
E ducitq́ue Albertus equos,auidasq́ue cohortes
C enturiat, magnæq́ue ruens capit omina pugnæ,
I nclamatq́ue duces populorum,ac talia fatur.
V enit ſumma dies,& ineluctabile Danis
E xitium: properat noſtro victoria bello.
Q uiſque manum fortem ac rigidas in prælia dextras
I nduat: inuictos præſtare laboribus artus
N unc decet. & quia vos magnam ſpondere ſalutem
H aud dubito,validos arrepta in tela lacertos
S tringite,& è veſtro creſcat mihi gloria facto.
V incimus ignauos cauſaq́ue & robore Danos,
V incimus armorum numero,turbisq́ue manuq́ue.
T um quid fœmineæ metuamus iurgia belûæ?
Q uidúe minas fremitusq́ue leues timeamus? Iuaro
N eſcio cuî fragiles mandauit inepta maniplos:
Q uem contemnendum tibi noueris eſſe. tametſi
V t belli gnarus,ſic callidus eſſe feratur
A tque animis ſolers. Sed enim cùm tenuia ductet
R obora: nos numero contrà pugnemus, & acri
T endentes latè cumulemus funera neruo.
V t ſupero torrens qui monte euoluitur imos
I rruit in tumulos,& ſaxa ſequacia pellit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S ic nos,offenſo tentantes prælia cœlo
P roterimus. nihil hîc veteri ſtratagemata mundo
C ognita,nil hominum fraudes,nihil ordo moretur.
T um verò inſtamus,ſpes eſt quæ maxima,feſſis
P ertæſisq́ue viæ. hyberno ſub ſidere pugnas
L entaq́ue bella ſequi,res eſt haud mollibus æqua
P ectoribus. quid enim? ſi deſint cætera in hoſtes:
I pſa equidem pro te poterint certaſſe videri
F rigora,& ignauos merſiſſe in viſcera motus.
P oſtremò ignotis quoniam trepidare neceſſe eſt
D um tendant campis,atque incomperta ſequantur
N unc loca:quæ magnis etiam res ſæpè maniplis
T errorem incuſſit,tenebrasq́ue offudit ocellis:
Q uid leuibus dubitemus equos immittere turmis,
E t cuneis terebrare vias,paſſimq́ue per arua
S ternere,& extremæ dare perdita corpora morti?
Q uæ me cunque manet tantis fortuna ſub armis,
H aud timidū præſtabo ducem. tibi maxima pro me
Q uæ nunc tela capis pubes Germanica,vitæ
P ræmia decerno,laudesq́ue & cætera Danis
C ognita lucra viris.tibi venerit omnis,& omnis
G loria:te totis cumulatæ fructibus arces
A ccipiant. ſi quæ lato mihi pinguia regno
I uppiter adiungat tibi defero rura:gubernes

Arbi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A rbitrio noſtrum quantum patet obuius orbem.
S ic ait: Illi equidem fremituque ſonoq; ſequuntur
E t crepitans volucres vox eſt audita per auras.
I am verò inſtructas acies, pulcherrima grandis
C orpora militiæ, Sueonum Rex fata ſecutus
M ouit, & accinctas in tela aduerſa phalanges,
C onfertosque globos turmasque educit equeſtres.
C umque Axelualdo diſcedunt agmina, & amplæ
D iſcedunt acies, animos attollere qui tum
I ngentesque manus & robora tanta ſtupeſcunt
A ttoniti. Sed enim tremulo poſtquàm æquora pulſu
S enſibus aduertunt hæc propter tela moueri:
M irantur ſubitò non fracta dehiſcere ſaxa,
A ut reſilire ſuo depreſſas pondere terras:
T antas ille manus, tantasque in bella cohortes
T otque Equitum turmas ferroque rigentia duxit
P ectora, & audaces tulit in certamina dextras.
H os Comes Eydoræ qui venerat accola, Gotthis
Ae terno iunctus ceu certa in fœdera nexu,
A ccipit imperio, mox per loca nota maniplos
E xtulit, ac ſubitis contendit curſibus in quæ
N unc Falokopenſi ſtatuuntur præmia bello.
A gmine quadrato pergunt: primosque ſub orſus
R upini Princeps, & qui Pomeranica latè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

R ura tenet, quique audaci tunc arma Boruſſo
M iſſus adit, bellumque ſecutus ſæpe modeſtam
V iſus erat populis ſuadendo extollere pacem:
E t monſtraſſe vias ſtatui quibus aurea poſſent
F œdera, & in ſeros ea mitti firma nepotes.
O ccupat extremam pubes Germanica, quantum
V ndique tota patet diſpoſtis fortibus oram.
A t medio patrij ſtant ordine, dira tuentes
C ontemptique: quòd haud aliquo dignatus honore
H os foret, ac Sueonum parui rex duceret agmen.
I mpleri tamen hijs numerum cùm poſſe putaret
I nſerit ordinibus, denſaſque agit inde phalanges,
I mmenſas hominum turmas, atque inſtar arenæ,
Q uam diti Caurus riparum flumine voluit
A ccumulans. Quacunque oculos & lumina ferres,
N il niſi plena virûm cuneoſque ac arma videres.
H inc ingens peditum Oceanus longæque cohortes
O ppleuêre ſolum: qui tanquam æſtiua locuſtæ
P abula conuerrunt terraſque volatibus vrgent:
S ic equitum peditumque globi latiſſima campis
R ura grauant: Solique nitent oppoſta ſereno
A rma ducum ferrique ſeges. micat ignibus æther
A tque repercuſſo radiabant tela metallo.
H îc Rex ſubluſtri rutulabat imagine formæ.

Atque

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A tque inter cunctos magis emicat vnus: vt auro
C um medius vibrans Adamas iacit efferus ignes
A ſpectuſque trahit violentus, agitque per omnem
C oniectos radios cœleſtia fulmina lucem.
H uc vultus,huc ora virûm conuerſa ferebant,
E t Regem ſpectare omnes,votiſque ſequuntur.
A ſt hominum ſtudijs contraria vota fuêre
E t multum diuerſa optant. pars omne Tyranni
A uerſata ſcelus Furijs vltricibus æuum
O bijcere,& meritas Superos depoſcere pœnas.
P ars cæcas hominum mentes, & fæta malignis
P ectora conſilijs plorant. ſtat lumina quidam
D etergens,cætu in medio,queſtuſque ſonoros
Ae didit,ac patulo fudit ſuſpiria cœlo.
H unc cùm fortè Scopas,iſtis paulò ante diebus
Q ui Boiemiacis aduenerat incola regnis,
Q uò tantos ferret gemitus,quò dicta,rogaret:
S ic reſponſa dolens tremulo molitur ab ore.
Q uid Scopa,quid lacrymas & noſtra opprobria quæ-
R es hæc ipſa poteſt tacitos tibi pandere queſtus, (ris?
E t veras noſtri cauſas aperire doloris.
Q uicquid delirant Reges,patria vnica certè
P lectitur. hæc belli pretium eſt, & meta laboris.
Q uam noſtri magno quondam ſudore parentes,

 Cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C ùm conati eſſent longis auferre ruinis
A ſpice quàm fortaſſe parum ſint lege ſecuti
C onſilijsq́ue bonis. poterat tranquilla beatos
P oſſediſſe dies, ſi ſeſe noſſet: & iſtas
A ſſuetas bello haud tentaret Suecia gentes.
A ut quid tute putes tanto nunc milite Regem,
T ot Germanorum turmis, tot & enſibus, & tot
Q uærere ſtipitibus, quàm nos immergere bellis,
E t Sueones fracta ſub libertate tueri?
S iue etenim ferri ſuperarit acumine Danos,
S eu victus gemat ac regno ſpolietur auito,
E xitium nobis partum eſt. dabit vndique noſtrum
I n caput atra dies cumulatos morte dolores:
E t prædam ſceleratus aget, quicunque Tyrannus
I nuadet noſtras bello fœlicior vrbes.
H aud minùs incolumi metuendũ eſt principe Got-
Q uàm Dano victore, mali. crudelior omnes (tho
D epilet Albertus, ſæuasq́ue cruore piabit
I rarum flammas: Quòd Suecia tota Tyrannum
O derit, ac meritò truculentum exhorreat Vrum.
M ulta equidem nos dura pati, nos multa neceſſe eſt
A duerſo mala ferre Deo, camposq́ue per omnes
E xcuſſos fundis miſeros errare colonos.
V ſque adeò quocunque ferat ſors improba queſtus
Auxerit:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A uxerit:ac ſæuis nos cladibus aſpera merget.
  Talibus inſtabat dictis lacrymasq́ue ciebat:
C um ſimul iſta Scopas ingrato verba dolori
O bijcit: auditum Danos in bella feroces
E ſſe manu, fortesq́ue animos in prælia ferre:
E nſe nec hoſtili ſolitos dare tergora victos.
S upplicibus tamen haud duros offundere vultus,
N ec ſæuire odijs cum decertata fatiſcit
P ugna virûm. nihil his generoſius eſſe,calentes
Q ui ponunt animos cum bellum deſijt: & qui
M axima vincendo decernunt præmia laudi.
P lurima mortales inter ſententia,gentis
P rædicat huius opes. clara virtute feruntur
P ræſtare,& nullo ſparſa eſt infamia raptu.
S ecurum intereà teq́ue & tua cuncta iuberem
E ſſe,nec abiecto ſpectare ea prælia vultu.
I n victi plerunque ſitum eſt animoq́ue fideq́ue
V ictorem qualem eſſe velit. res vnica legem
F ixerit,ingenuo ſi pectore iuſſa ſequatur
P romiſſumq́ue colat:nec ſe ſubeuntibus altè
N equitijs ſancto ſtudeat ſubducere pacto
I uratumq́ue leui fallat pro more Tonantem.
I n reliquis nihil eſſe metus,nihil eſſe pericli
I ura ſinunt,nuſquamq; timet qui recta frequentat.

Nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N ec ſunt humanæ quæ firmant culmina vires.
I uppiter ipſe quidem imperijs finemq́ue modumq́;
I nijciumq́ue locat. Deus eſt velut ordinis autor
S ic vltor ſcelerum: qui ſæuos motus ob ignes
S epè alias transfert in verſa palatia gentes:
A lternatq́ue gradus & ſceptra immania ſternit.
N on igitur lacrymis, non queſtubus ora ſinumq́ue
D eformes. ceſſiſſe dijs, tutiſsima res eſt.
S ic ait, Albertum intuitus: qui vectus habenis
I nſtitit, ac leuibus glomerat fera colla lupatis,
I nfœlixq́ue agitabat equos: plauſuq́ue caballum
G yrat, & incerta ſe rerum ſorte fatigat.
P ectoribus ſpem cæcus alit: quæ proſpera ſomno
V entilat, ac ſtudio ſe confirmabat inani.
C um ſubitò viſa eſt tellus concuſſa moueri
S ub pedibus, vaſtumq́ue tremit. ſuſpenſa profundo
C um veluti limo tellus agitata paueſcit,
Q uam pueri ſuper inſiliunt, motuq́ue vagari
E t tremulo cogunt veſtigia ludere pulſu.
S entijt Albertus motum: ſed pone ſequentes
V andalici terris excita volumina rident
C ontemnuntq́ue. quid hæc mirari pondera poſſis,
L ata quibus merita quatitur formidine tellus,
C onceditq́ue globis equitum, patiturq́ue moueri?

Natura

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N atura monſtrante pauet: quæ noſtra ſtupeſcens
R obora venturis aſſurgit honoribus. eſſe
F œlices ſtatuunt quæ præſunt Numina, Gotthos.
I nſultant reliqui voceſq́ue accentibus vrgent.
I pſe equidem læto deriſit ſeria vultu
I nfœlix Albertus: equoſq́ue in fręna ſuburgens
I ncitat, ac volucres gyrat procurſibus armos:
D etorquetq́ue iubas, veſtigiaq́ue implicat aruis.
V ſque adeò fortuna latet, quam quiſque ſecundam
A duerſamúe ferat: ſorti quando exitus ipſe
F luctuat, ac dubia pendent ventura bilance.
I ntereà longæ tenebraſq́ue ac frigora noctis
E xſuperat Lyckeus: equoſq́ue in pabula mittit,
E t trahit in laſſos gratiſſima membra ſopores:
C um ſubitos orbi currus aurora reducit,
A ſpergenſq́ue ſalo protrudit ab æthere lucem,
I nfunditq́ue diem mundo: cuî nulla vetuſtos
I nter amata patres æquari ob funera poſſet.
V t videt exortus moliri in lumina Phœbum
E t primos proferre gradus: capit omina cœlo
I mpauidus, lucemq́ue manu votoq́ue ſalutat:
E t ſua ſic aperit fidenti pectora dicto.
N aſcere Sol, vitæ decus & pulcherrima mundi
G loria: & auguſto venias in vota iugali.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D a facilem fato curſum, da Phœbe ſecundo
N umine delabi properantes æthere currus:
E t Pallas diuina faue. ſuper omnia lætas
C hriſte Deus des ire vices: age noſtra potenti
T ela manu, & certo da vulnera creſcere ferro.
D a talem tantumq́ue diem memorare nepotes:
E t ſibi pro meritis claros ſperare triumphos.
D ixit. & extemplò partitur in agmina turmas
O rdinibusq́ue refert: plenosq́ue in cornua iuſſit
I re ſonos, tumidoq́ue vrgeri Tympana pulſu:
E t decertandis accendi pectora bellis.
T um verò manifeſta fides, tum cognita virtus,
T um ſtudijs patuit quanta experientia in armis
L yckeo foret: & quantum præſtabat in omnes
M ilitiæq́ue artisq́ue gradus. non dicere promptum eſt
Q uanta Duci magnis fuerit prudentia factis,
Q uantus in arma labos: ſolertia quanta locandi
M ilitis, aut quantæ tam dura in prælia mentes.
N on magis egregio toties cantatus Homero
I nſigni Mneſtheus bellorum cognitus vſu,
A ptatas turmis numero vel iungeret alas:
C ornua vel forti cautus muniret aſylo.
D enique ſi Hannibalem confregit Scipio, quòd rem
A ggreſſus tantam magno ſit pectore: & ipſum

Militiæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

M ilitiæ robur properaſque in bella phalanges
E ximio certè digeſſerit ordine: ceu cùm
I nuictas præſtare acies ſolertia poſſet:
L yckeo meritam peperit victoria laudem
S ic quoque: quòd veris proprijſque exercitus omnis
C reuerit ordinibus, nuſquamque aliena ſubirent
R obora: nec dubijs acies conſtaret alumnis.
A ut quæ fama Duces memoret, quibus ardua primo
D ecertata gradu ſunt cornua? fortibus illa
S tabant aucta viris: floremque phalangis habebant
N obiliumque choros. quales non viderat ætas
V lla prior, functo poſtquàm ſub Principe victos
H araldo ſtrauit latiſſima Suecia Danos.
E gregio certè frontemque alaſque videres
L uxuriare virûm numero, pugileſque peritos
A dglomerare: quibus volupe eſt ſpectare cruorem
E t decus incuſſum non expalleſcere ferrum.
P ræcipuum quod alit diues Nortuegia, quodque
D ania robur habet primis conſiſtere viſum
O rdinibus: primiſque fuit certare ſub oris
C onſpectum, ac denſo cumulabat verbera pulſu.
P ôſt alij Proceres & turba infracta ſequuntur,
S ubſtite qui valido primorum robora firma
C eu fulcire baſi. qui vincere neſcius ordo

T ranſadigit cuneos, aciemque reuellere certat.
T ertia ſed claſſis Triaros, fortiſſima noſtræ
P ectora gentis habet: ſtudium quibus obuia bello
F rangere, & inuictas adferre in prælia vires.
A gmine ſed medio diſpoſta ita ſigna feruntur:
V t vexillifero volitent Haccone Leones:
Q ui neque Vandalicos ſæuiſſima ſcommata rictus
P ermetuunt, Sueonum neque cedunt enſibus: acres
C ùm pridem exacuant ventura in vulnera dentes:
P errumpantque moram ac firmis ſe viribus arment.
H olgero ſed enim (cui Scanos plurimus inter
S tabat honos) forti natus genitore paternis
Ae ſtubus Hacco furit. qui quanquam ætate virente
P ræſtat, & à ſexto decimum ter Cynthia menſem
V ix cumulat luſtro, atque annos hoc robore firmat:
A ttamen ingenuo ſuperet cùm pectore lætos
I n pugnam vultus, fortes in bella lacertos
E xplicat ac rigido ſe ſuſcitat arduus enſe:
H ortaturque ſuos alacri vt ſe mente ſequantur:
F irmaque pro patrio ſubtendant pectora regno.
E t quorſum noſtris tentata parentibus ante
P ax etiam euaſit? quid Dania promouet, hîc ſe
Q uòd facilem præſtare velit? quòd fœdera poſcat,
E t ſub amicitiæ iungi ſe lege probarit?

Quin

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Q uin multo res eſt maiori obnoxia damno:
L atiùs & ſerpunt belli contagia: criſtas
H olmia ſuſtollit ſannisque procacibus ornat.
Q uod pueris igitur ſolet eueniſſe, cauatas
Q ui foueas primo moliri in littore certant:
C ùm laudant operas, ſubigente huc æquora fluctu
Q ui planat foſſas & arenis omnia mergit.
H aud aliter noſtri quondam diuturna parentes
P rælia conati populorum tollere, nullo
D eſudant fructu. quid enim? ſucceſſibus vſos
A rdua Lernei ſerpentis colla videres
E ximere, atque nouis fruſtra dare vulnera monſtris.
M ollibus iccirco ſtudijs poſtquàm hactenus actum
E ſt nihil: arma ſequi libeat, fortique Gradiuo
M oliri pacem, & partirier ocia regnis.
S ic Hacco breuiter, ſic multi deinde locuti
A lternis ſeſe confirmant vocibus. ardet
Intereà flammis Suecus, ſannasque minasque
C ongerit, ac noſtris illudit feruidus armis.
A ſt rerum certi fato ſunt iudice fines:
S unt horæ, ſunt circuitus. eſt certa manendi
D urandique ſuis onerata laboribus ætas:
H anc vltra proferre nihil datur. illa recentes
V rbibus inſcribit clades: illa vnica celſos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

M ergit in ima gradus: ſummoque è culmine fortes
D eijcit, ac ſubitò cumulat faſtigia luctu.
M aturo pendent cum poma fugacia ramo,
P ræcipitant lapſum. plenis cadit vua racemis
C um Phœbo percocta rubet. vberrima lymphis
F lumina perrumpunt confractas gurgite ripas
E xundantque ſalo. cùm ventum ad ſumma fuiſſet
S emper in anguſtos iterum res maxima fines
C oncidit. hanc verſant cœleſtia Numina ſortem
E t prohibent firmis durare infirma columnis.
E rgo vbi concepto iam turget Suecia faſtu
N ec ſe prona capit: ſuperûm vis æqua Tyrannum
F aſcibus implicuit, quo triſtia multa ferente
I ncidit in ſubitos florens Reſpublica luctus:
E t ſua damna pati fatoque alludere diſcit.
E t tamen exiguo res acta eſt milite. tantùm
L yckeus ſeptem ducebat millia, turmas
E lectas, patriasque bonasque & vincere gnaras
A tque hoſti neſcire fero dare tergora victas.
H as equidem Sueco vires, hoc robur in arma
O ppoſuit, quanquam ſpiranti immenſa Tyranno
P roflantique minas, ac funera multa vomenti,
T um cædes vrgenti animis, tum bella ferenti.
A ut quid ego auditas toties, totiesque petitas

Pecto-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P ectoris effræni voces, quid ſcommata dicam
F uneſtumque ſalem? vetus eſt petulantia cum quis
C ontemptu ludit: populisque aſpergere ſannas
I nſtat, & audaces in vulnera figere dentes.
C eu cum meſſor agro lætantes culmine ſpicas
D iſſecat, ac curua ſegetem cum falce reuellit:
H aud aliter Danos anguſto rure colentes
E xitio dabimus, tanquam venator alaudas
R etibus exceptas ſcapulis detrudit, & omnes
A rgutæ frangit numerosque ac pectora vocis:
D anica non aliter meritis laqueata periclis
C orpora, ſub ſtygias dabimus torquenda paludes.
V andalicis vox iſta viris, ſic ore locuti
E xacuunt celeres ſtimulis ingentibus iras:
S eque vltro accendunt, geminatisq; ignibus ardent.
Q uos inter fremitus & dicta ſuperba virorum
S uecus ouat: parilique exoptat bella calore,
I nſiſtitque minis, flammasque eructat inanes.
T empus erat ſummo cum non procul abfuit orbi
P hœbus, & in Notij properabat culmina mundi:
E ductos caſtris populos cuneisque locatos
O rdinibusque bonis, & equos Lyckeus agebat,
I nfeſtas Alberto acies hoſtique minatur:
C um ſimul immenſas aduerſa mole phalanges
Sueco-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S uecorum Princeps extrema in fata moueret,
I nferretq́ue iugis ſocios atque arma pararet
H ortatus, tumidumq́ue furens & cornua tollens.
I amq́ue propinquabant ſummas vbi vertere ſortes
D ijs viſum Superis. patuit locus arbiter æui
F ortunæq́ue Ducum, totiq́ue obnixus Olympo
S urgentes humeros & ſidus Orionis acre
S pectat, & anguicomæ rutilantia colla Meduſæ.
P iſcibus inuehitur, Notioq́ue propinquior orbi
I am redit, ac calido Phœbus temone iugales
I ncitat in Boream, glaciemq́ue ac frigora ſoluit
P roducitq́ue dies. ſuperas tum Pegaſus auras
O ccupat, ac propter vicinum fulget Olorem,
O ppoſtasq́ue acies Deltoton horrida cernit.
F ama eſt ætheria Diuos in ſede minores
S ollicitaſſe ſuum precibusq́ue vrſiſſe Tonantem:
F œdera turbatas inter componere gentes,
A tque odijs inferre modum pacemq́ue tueri.
N eptunus poterat Latijs præſtare Sabinas
E t ſociare nurus: cum primùm extare Quirites
E t proferre dabant diuturna in culmina Romam.
T u magni Solis rector: tu ſidera gyras
E t iubeas quodcunque, alios feciſſe neceſſe eſt.
D a mollem fato curſum: da blanda reuerti

Poſſe,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P oſſe,nec æterno certent hæc regna furore.
S at cædis belliq́ue ſatis,fuſiq́ue cruoris
F luxit:in extremos libeat niſi mittere luctus
D ulceq́ue venturo non linquere pignus honori.
F inierant,niueo cum Iuppiter ore locutus
R iſit. & ô noſtri ciuesq́ue & Numina regni,
Q uo curas animi tantas,quo pondera rerum
Q uoúe preces fertis momentaq́ue tarda rogatis?
Q uæ fatis decreta manent haud vertere fas eſt.
Q uod fieri potuit,produxi tempus:& vſque
H uc etiam duros Alberti Principis auſus
D etinui:monitis animum ſi fortè ſuperbum
O ſtentisq́ue daret. Sed enim mortalia cæcis
P ectora ſunt oppleta malis. ruit impetus altum
P ræcipitans,nimioq́ue graues fert pondere lapſus.
Q uidúe etiam Superi fas eſſe putabitis æquas
C œlorum leges, & ſummi iura Tonantis
I ntereà ſperni: dum mens ſcelerata nefandos
D igerat impulſus? hominumq́ue proteruia clades
A uxerit in populos,cumuletq́ue cruoribus vrbes?
I ndignum quamuis fortaſsè viderier iſtud
P oſſe putes: quòd crudelis maleſana Tyranni
P rælia ſentiſcat Mulier. res iſta beatos
V na Deos mouit ſemper ſemperq́ue mouebit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I mbelles miſeroſq́ue manu releuare: ſuperbos
D eijcere:& fragilem contra vim tollere Sexum, &
F œmineos faſces noſtro pro more tueri.
I pſa equidem ſcit Iuno: Deos ego teſtor & altam
S icaniæ terram, rapidamq́ue caloribus Aetnam:
N ec ſibi nec generi, fuerint quæ optanda rogatos
D etrectaſſe Deos: neque Numina dura negaſſe
F œmineos poſſent quæ cætus iuſta tueri.
Q uin laudem pariat, noſtro ſi denique cœlo
N ec ſe deſtitui, nec verti regna queratur.
S ic ait, ac celeres fatum detorſit in horas:
P roferriq́ue iubet ſuſpenſas axe bilances
I ndomitoq́ue iugo. quæ poſtquàm partibus æquis
A mborum tulerant populorum fata, repentè
A lberto minus eſſe videt: tenueſq́ue ſub auras
T ollier, ac gemina rerum leuitate moueri.
A ttonitos res iſta Deos, altumq́ue ſilentes
P erculit. Aſt ſuperi paulatim iura Tonantis
P oſt alios alij non ficta voce celebrant:
E t decreta Iouis pariter, facta ardua laudant.
H oc Venus vna rogat: mihi des pater oro roganti,
N e ſubito medios inter cadat enſe furores:
M œſtaúe diffuſo complêrit fata cruore.
I s mihi nonnunquam, cùm caſtra ſecutus & arma

Noſtra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N oſtra foret,lepido miles ſacra munera luſu
C onſecrat,ac ſtudio luxus meditatur inani:
A ccenſoq́ue colit Venerem fidiſſimus igne.
S ic blandita Deos inter ſpectanda reſedit,
L æta genas roſeoq́ue adnixa in maxima vultu.
A nnuit oranti diuûm pater atque hominum Rex,
E t fieri poſſe iſta dedit:Sic fata retexit
I mminuitq́ue viro. Siquidem tibi militat, inquit,
I ndulgere decet precibus. tu fida parentem
N ata colis,noſtroq́ue decus das creſcere regno.
I dmoneo, minus hinc victuro poſſe licere,
E t doluiſſe magis. ſeptem tibi vinctus in annos
I ngemat,ac ſolitos minuat ſub carcere luxus.
D ixit,& obliquum nutu tremefecit Olympum,
E xceſſitq́ue gradu,retroq́ue per æthera latè
V oluit iter,Sueonesq́ue atra de nube tuetur.
I ntereà medio iam ſtabat Phœbus in orbe,
P erluſtransq́ue diem ſecuit,ſpacijsq́ue diremit
A rbiter,& vario proſpectat in infima vultu:
C um ſeſe aduerſos exercitus acer in hoſtes,
I nq́ue locum pugnæ cernendus vterque ferebat
I nſiliens. animis ea res eſt fortibus acta
C onſilijsq́ue bonis. non ſe Germanica pubes,
N on Sueonum vires,neque gens aduerſa moratur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

M aximus aſt numero Alberti ſuccedit & omni
O rnatu miles. Danis pars maxima, virtus
A tqui animi infractum magno ſub pectore robur,
E t Ducis haud primo tum nota ſcientia bello.
H îc igitur Danos Ficfindius (iſte vetuſto
A ugurio inuiſus, ſed non leuis omine vates)
C ùm procul inſtructos aciemq́ue in bella videret
M oliri, ac auidas iam poſcere prælia gentes:
P rotinùs iniecto ceu tactus membra calore
C œleſtiq́ue Deo, monitus iterare priores
C epit, & Alberto rerum prædicere ſummam,
F uneſtumq́ue diem plenosq́ue in vulnera luctus.
H eu duræ quantum ſortis, quantumq́ue laborum
H îc exantlandum nobis Alberte relinquis,
F ruſtra etiam. neque enim miſeros victoria Suecos
A mplius infracto lætantes Marte, beabit:
N ec dabit incolumes in rura laresq́ue reuerti
P oſſe: nec exili iaceant pia funera planctu.
H æc funeſta dies, hæc triſtia tempora Gotthis
P lorandæq́ue vices rerum: ſic temperat atros
I uppiter euentus, cùm ſe diſſentio Reges
I nter, & elatas ſinuat ſtolidiſſima gentes.
E t ſatiùs fortaſſe foret mediocria poſſe
D amna pati. nihil humanis ita rebus & æuo

Perfe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P erfectum credas,vt non perſæpè neceſſe
S it lugere bonis.vanum eſt, ſi forſan Olympo
I nijcias leges fatumúe eludere certes.
A udijt Albertus ſupremi murmura dicti,
A tque audita graui cepit mordenda labello,
V ectus equo,& tali caſtigat voce loquentem.
D eſine Ficſindi toties mihi dira minari,
D eſine & audaces animos & prompta gerendi
C onſilia his turbare vijs,dictoque morari.
H aud ego tantoperè Ficſindica tela,nec enſes
E xpeto:vt inuiſum patiar caput. aufer ineptos
V erba proterua ſonos. Vel ſi tibi frigora circum
C orda metus poſuit:trepidasque videre fluentem
P er campos latè ſpargique per arua cruorem:
T riſtia iam bello ſubducas membra,petasque
S ecurus quacunque velis regione latebras.
H inc atque hinc retroque patet,quà molle recondas
I n tuto latus,& careas formidine tectus
A rbuſtis,humiliúe immergas corpora cœno.
I lle dies aderit,dextra duce,talia quo tu
D icta luas:motuque feras tua præmia noſtro.
S ic ait Albertus. Sed enim tum magna frementi
H oc Vates ſubicit. non me iam prima pauentem
P rælia ſpectaſti. nec me,licet efferus hoſtis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T erruerit, minus vt præuiſa clade moueri
A udeam,& inſtantis deflere pericula belli.
Q uin age prima neci mittantur acumina noſtræ
T horaceſque licet rigidos mihi rumpat arundo:
Q uæ ferat exactæ mihi libera funera vitæ.
H æc patriæ meritis pro talibus aurea reddam
O fficia: vt liber pro libertate tot inter
T ela cadam,& noſtris ſint tela decora ruinis.
H aud me teter edet ſquallenti carcer in vmbra,
N ec me poſteritas fugientem turpiter vndis
O bijciet ſtygijs nigroúe inſcribet auerno.
S ic inter denſæ Ficſindius ora phalangis
P ectora commotus dixit: telumq́ue coruſcat
F ulmineum, primumq́ oculis iam deſtinat hoſtem
H ortaturq́ue ſuos, fatoq́ue in funera tendit.
T um verò Albertus frendensq́; furensq́; per omnes
I nuehitur gentis numeros: primoſq́ue virorum
I ncitat, ac tali properantes ore monebat.
V enit ſæpè meis lux exoptata triumphis
O ſocij. ſibi quiſque ſuas in prælia vires
R oboraq́ue expediat, dextraq́ue vtatur & enſe.
I ncautos hoſtes & Danica pectora forti
S ternite victa manu ſpretaſque impellite gentes.
P ræmia polliceor, quæ maxima præmia duci

Poſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P osſe putem:& tantum quæ me dare maxima regem
C onuenit,ac tales vos acceptare decorum eſt.
H aud magnus reſtat numero labor.optima certè
F undamenta iacent, imbellem viribus hoſtem
C um ſequeris:qui nec noſtros audacter in enſes
T endere,nec tantos impulſus vincere poſſit.
I d ſaltem curaris eques,ne cedere ſparſum
T e,aut mutare locum,& veſtigia linquere cogat:
E gregieq́ue manu & gladijs vtare ſecundis.
C ætera te iubeo confidere. dixit,at illi
V ocibus excipiunt lætis mandata:remugit
Ae ther,& pulſo Venerus ſonat eminus amne.
I amq́ue accedebant Sueones numeroq; locoq́ue
P ræcipui,campumq́ue tenent,vbi cernere ferro
D ecretum & certas aperire in vulnera mortes:
O rdinibusq́ue tument nitidis hoſtemq́; morantur.
C um pius aduerſo Lyckeus in agmine nullas
P rincipis eximij partes,non vlla periti
M ilitis officia,aut monitus neglexit equeſtres.
C ircuit actutum cuneos,diſponit & acres
C enturiat numeros:tum collocat,inſerit:aut hos
E uocat,aut mutat,rerumq́ue à fonte requirens
P rouidet,ac magnis conatibus omnia firmat
S ollicitus. denſo veluti cum robore turrim

Excelſam

E xcelſam validamque ſtruit: non protinùs omni
O mnia ſaxa loco faber inſerit. ardua primo
F undamenta ſolo depreſſaque pondera condit:
I nde manu verſans aliud, nunc grande reponit
N unc aliud, variatque vices & ſaxa futuris
M olibus acta legit, firmatque bitumine muros.
C reſcit opus ſummasque æquat ſtructura tabellas,
C onſiſtitque baſi turris, quæ cedere nimbis
N eſcit, & infracto ſuperarit culmine ventos,
H aud aliter belli gnarusque ac cædis Iuarus
O mnibus æqua locis accōmodat omnia. poſtquàm
O rdinibus ſtructum campo ſtetit agmen aperto,
A uſpicibusque dijs iam tela mouenda fuiſſent:
C umque in conſpectum ſe Suecia ſæua dediſſet,
A tque acres vrſiſſet equos, numerique niterent:
M etitus pugnas oculis Lyckeus, & iſtas
E vario tractas populorum rure cohortes:
C oncipit ingentes forti ſub pectore motus,
I ncaluitque ferox, animumque exſuſcitat ira
I mpatiens damnansque morā. Ceu fuluus in armos
C um Leo ſe tollit, viſis vbi cominùs Vrſis
Ae ſtuat, ac mota rabiem ſub bile moratur.
H aud aliter Danus conſpecto excanduit hoſte,
A ccingitque manus operi, & ſe fundit in arma

Horta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H ortaturq́ue ſuos: tum pro re pauca locutus
I nſit, & hac auidas confirmat voce phalanges.
O ſocij, ô duris non fracta potentia bellis,
Q uæ tibi bis decima cumulat iam Suecia meſſe:
H æc loca iam tandem toties optata tenemus:
C onſiſtitq́ue dies: qui quòd fugiſſe videri
P oſſit, & incerto tua vertere commoda flexu:
M ultiplices equidem clades gemitusq́ue moleſtos
A uxit: & aſſiduo vexabat noſtra tumultu.
S cis hæc quo primùm contentio fine moueri
C epta ſit, atque aditus quantum quantumq́; laborū
H actenus à noſtris tentatum partibus eſſet:
V t ſcelus, ac odij malè prodita cauſa vetuſti
T ollier è medio linguæq́ue ſuperbia poſſet.
A ſt quid conſilijs, grauibusq́ue quid egimus armis,
I ndicat iſta dies: quæ quantum accedere noſtris
E t fœlix & amica velit, Deus arbiter æqua
I udicet, ac ſpretis ſtatuat potiora bilance.
E t meliora quidem Diîs fortunantibus omni
C oncipias animo. locus iſte parentibus olim
B ella tuis prorſus non infœlicia vexit.
T um verò auſpicijs Reginæ tanta moueri
C um patriæ nunc tela vides, turmasq́ue parari:
I nduc pectoribus robur, dextraq́ue parentes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Q ua ſoliti totas glomerato in prælia vires:
I ntulerisque tuo tam ſplendida facta nepoti.
H inc ego vos tota complecti mente iuberem
P ræmia, quæ bello petimus. non ſola Saguntum
M ouerit Hannibalem. Latias petit impiger vrbes
A uſoniæque domos, & opes & clara Quiritûm
M œnia, & illuſtrem per tot certamina Romam.
S ic te ſola quidem trahit haud Veſtgotthia: lato
S uecia tota mari, & vaſto penè obuia ponto
H uc vocat: hæc pulchri ſunt præmia iuſta laboris
Q uæ referenda petas, quibus & lætabere, ſi te
M aiorum virtus & mens non fracta ſequatur.
A t de me ſupereſt tantùm quod ſera loquatur
P oſteritas: vel me ignauos traxiſſe maniplos,
V el fortes duxiſſe viros. dabit vtraque longas
F ama notas, ductuque meo celebrabere victor,
A ut funeſta tuo parias tibi nomina bello.
F ilius æterni Patris & Saluator Ieſus:
C uius & auſpicijs & ſacro cuius honore
B ellica ſigna leuas: robur ſub pectora firmet
I nſtituatque manus. hoc Principe quiſq; ſequatur,
Q uò ſua quemque pium virtusque & gloria ducit.
S ic ait, at magnis tum vocibus inclyta circùm
T urba fremit: latè tellus impulſa remugit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Q ualis vbi aërio cum Iuppiter intonat orbe
E xcitat ingentes ſonitus: ſubitoq́ue fragore
A rdua per ſteriles diuulgat murmura campos.
H aud aliter promptæ vocem intendêre phalanges
I ntremuitq́ue ſolum: tenuesq́ue impacta cauernas
A ura ferit, ſuperosq́ue petens it clamor in orbes.
O ptima non dubijs collaudat pectora dictis
L yckeus, meritoq́ue tripudia tanta fauore
P roſequitur. Sed & hanc equidem tibi, dixit, arenam
O mine certandam cape gens inuicta ſecundo
F œliciq́ue Deo. Quod ſi quos fata ſoluta
I n cœlum compage vocent, campoq́ue fluentem
H ìc patria fundant pro libertate cruorem:
N on tantùm cœlo meditati recta fruantur:
S ed pia venturæ ſacrabunt nomina laudi,
I nter & æternos ſtatuetur fama nepotes.
F inierat, primosq́ue inter Lyckeus ouabat
A gminis inuicti Proceres, hoſtemq́ue propinquum
I ntuitus, forti lætantes pectore motus
S uſcitat, ac diuis rem fortunantibus ardet.
I mpatiensq́ue moræ propiùs concedit. in hoſtem
L umina ſtant defixa, animum Deus occupat: huc ſe
A gmina, turba, Duces: huc ſe Regina ferebat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

MARGARETICORVM

LIBER IX.

IAmq; in procinctu ſpirantes funera ſtabant
Inſtructæ numeris acies: cuneosq́; mouebāt
Ingentes, conſpectu etiam ſignisq́; timendos
Et promptos libare pares in vulnera dextras.
C um ſimul Albertus flagranti percitus igne
M ulta timenda mouet. nunc illum iura propinqui
S anguinis, & violata fides: nunc ſcommata terrent,
I uſta quibus meritò ſibi tanta pericula cernit
E t tot bella ſtrui. funeſtat auunculus ipſa
T urpiter hac olim ſuperatus luce: Boruſſi
Q uin nunc dicta Senis non vanis vocibus vrgent,
Q ui fœdus cauta ſuaſit prius arte, bonoq́ue
C ommuni ſtuduit tranquillam inducere pacem.
D iſſimulansq́ue ſui varios tum pectoris æſtus
E sberno fatur. lituos inflare ſolebat
E sbernus, duroq́ue tuba dare ſigna labori

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

M ilitiæ:& quantum fas tendere gentibus eſſet,
H aud dubio certè poſuit diſcrimina cantu.
H uîc igitur tali tum voce locutus ab ore eſt.
C ornua rauca tibi & tibi claſſica dira quieſcant,
V ade age,& hæc Dano defer mea dicta ruenti:
O ppoſitas nunc ſtare acies:nunc agmen vtrinque
H aud dubias mortes & fata extrema minari.
A t mihi fœmineis ſimiles ne motibus iras
E ſſe putes: veteri nec auorum laude relicta
I n turpes vano certamine ferrier auſus:
Q uòd tentare prius ſapientem multa decebit
C onſilijs,rigidi quàm durum Martis in arma
A ggrediatur opus:ſalua tibi vtrinque cohorte
D efero,ſaluari quo turbæ atque agmina pacto
A uertique neces,& condi fœdera poſſint.
T u modò concedas Suecis,totiesq́; petitum
S canica rura ſolum noſtro ſub iure relinquas.
E xtemploque acies Gotthorum è finibus omnem
E ducasque manum,teque in tua rura receptes.
T um,ſi quid libeat deinceps hæc noſtra ſequare
R egna bonus,pacemque colas & fœdera ſerues.
H aud ita me ſæuum miſeris natura trucemúe
E ſſe dedit:quin iuſta ſciam concedere victis
S upplicibuſúe. ſapit qui primo à fonte monenti

 Paret,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P aret,&ingentes auertit acumine luctus.
S ic Albertus equûm domitor mandata locutus
S ubſtitit,aſtuta Germanos voce moratus,
Q ui quanquã irruere & telis petere omnibus hoſtem
C ontendêre:tamen celeris reſponſa iubentur
E xpectare viri. properat Legatus,& albo
V ectus equo ſignis lituo pendentibus arma
V entilat,ac patulis diffundit Gotthica ventis.
C um velut Eoö clara ſub nocte coruſcans
A urea ſtella volat:nitidosque per aëra fumos
H inc atque hinc ſpargit ſubitosq́; tumeſcit in ignes.
A lberti ſedenim poſtquàm mandata peregit
B ronte ſatus:magnis ornans ſua munera dictis
E xpoſcit reſponſa dari. nunc penè neceſſe eſt
E re conſilium capere,& parere monenti.
Q uin age priuatis etiam tibi conſule rebus
I mpendensque elude malum. Sapientiùs omnis
Q uàm petitur,retinetur honos.non omnis in vno
C onſiſtit fortuna gradu. variata ſubinde
F irma vides,ſubitoque graues dare maxima lapſus.
P ectoris haud ſtupidi eſt ſeſe inclinare, nitentes
Q uò ſors læta manus optataque commoda voluat.
B is ſapit,incertis rerum quicunque periclis
I ngenioque ſapit. Prudentem dicere poſſis

Qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Q ui quæ vitari nequeant, ſibi proſpera reddit.
A t nihili fateare virum, qui cladibus auctus
I ngemit: aut factum quod deflent lumina, nollet.
H aud fœlix ſemper fiducia. multa laborum
C onatus totis deturbant ſedibus. Hector,
H ectore quid maius? tamen idem maximus Hector
S ic perijt: valido quòd ſeſe opponat Achilli
I mparileſque ferat tanta in certamina dextras.
Q uid? patrio diues vixiſſet Turnus honore:
E xulis Aeneæ ſi non & fata morari,
E t Latio ſanctum cuperet prohibere Monarcham.
T um quæ fœmineo ſperas tibi præmia ductu,
A lbertus duplicata dabit. conferta tuiſque
M oribus æqua dabit. vel Danis finge ſubactis
T e fugere. at quorſum fugias? non oppida, non te
F ortia caſtra tegent. quò progrediare ſequetur
A lbertus. nonné iſta vides quæ paſcua, campos
E t valles complent volitantibus agmina ſignis?
F inge fugam, nunquam tamen hic concedet inultũ,
V el te mandantem vel te ſpreuiſſe monentem.
H æc mihi ferre dedit Sueonum Rex. addita noſtro
S unt tibi conſilio quædam, quæ Principe cùm ſint
S æpiùs Alberto ſic prodita: tu vtere tanti
P rincipis hortatu: præſtantibus vtere iuſſis,

Vtere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

V tere non dubio tali in diſcrimine,portu:
E t tua clementi ſubmittas iura Monarchæ:
N e pòſt quæ nolles tibi non prędicta querare.
F inierat,multum ſermone procaciter vſus
E sbernus,plauſitq́ue feris ſibi transfuga dictis,
V andalico prognatus auo:qui venerat olim
V arnouijs piſcator aquis:vrbemq́ue paluſtri
L yckouium canna tectam delegit,eaque
V t conſedit inops, Blekingis creuit in oris
C onſilijs celer,& magnis fœlicior auſis.
E didit hic Brontem,qui furto clarus honeſtas
M ultorum perſæpè domos ſcrutarier:amplas
S ublegere,& ſatagens merces cumulabat inemptas.
M ercurio donec commotus in acta ſiniſtro
I ncautè magni valuasq́ue & ferrea templi
L axamenta ſecat:quo demùm vecte reuulſo
O rnamenta loci completis extulit vlnis:
E t ſua furta diu,quamuis ſuſpectus alebat.
V t res deprenſa eſt,iugulum proferre coactus
I nſerit in nodum:laqueoq́ue exſoluere vitam
S uſtinuit. longis trabs hæc ſtetit integra ſeclis
E xcelſo ſpectanda iugo,quà diues amœnos
L umma rigat campos ſubiectaq́ue paſcua lambit.
H oc patre cum ſuperas Esbernus venit in auras

Induit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I nduit immanes circum præcordia motus,
P artim imitatus auum: partim genitoris in artes
P ronior, haud æqua vitam ſub lance peregit.
S ed cùm probra ſibi fugienda domeſtica primis
C rederet vnguiculis, Lundam conceſſit: & iſtis
I ngenio quaſdam non prorſus inutilis artes
I ntulit, ac lituos didicit ſufflare tumentes.
A ſt bellum Sueones poſtquàm videt edere, mendax
D eficit, ac noſtris operam dedit hoſtibus. acer
C onſilijs etiam, & veteri pro more ſecutus
V andalicas acies: oleumq́ue infundit in ignes
B ellorum, & magnis ardens conatibus inſtat:
T riſtia vt vlciſci genitoris funera poſſet.
H ucq́ue etiam, quamuis oratio blanda fluebat,
S pectauiſſe putes, dulciq́ue in melle venenum
O cculuiſſe: aliudq́ue animis aliudq́ue loquela
D ecertaſſe virum, captaſſeq́ue præmia fuco.
Q uem, ceu nil præſens aliud res poſceret, ore
P lurima verſantem, varieq́ue & multa locutum
O ccupat: ac rigida Lyckeus mente profatur.
D eſine pręco meas percellere vocibus aures:
S eu te Rex talem, ſeu te natura loquacem
F inxit, & haud iuſtis infercit guttura verbis:
E t quod miſſus, age: reſponſaq́ue noſtra referto.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H aud veniſſe quidem conditum fœdera:ſed me
G eſtum bella manu Regina Principe miſſum:
C uius & auſpicijs huc me Deus intulit. eſſe
P luſquàm hominis ſtupidi pacē ſibi fingere, cū iam
S tant ſtructæ campis acies. nunc fœdera quorſum
D eferat, innumero cùm milite fretus in arma
P rouolet,ac noſtros faſtidiat efferus enſes?
P ræmia quin etiam promittat egentibus. vnam
E ſſe viam,qua me vinctum ſibi reddere poſſit,
H æc ſi deijciat quæ pridem robora ſpernit.
H aud alias vrbes,haud oppida ſpecto:ſub iſtis
A ut me victorem ſignis,aut morte ſubactum
I ngenua cernet,ſi quis poſt fata requirat
F unera:& in noſtros ſolers inquirat honores.
S ic ait. extemploque inflari claſſica mandat,
E xcirique loco turmas pugnamque parari.
A t verò Albertus poſtquàm videt ire phalanges
E t celerare manus,ac cornua prima moueri:
H aud dubijs animum Lyckei & pectora ſignis
P roſpicit. actutum tremulo ſibi timpana pulſu
A ccendi iubet. accelerant vtrinque cohortes,
M utuaque opponunt hoſtilibus arma lacertis:
E t ferri intentant acies,& vulnera libant.
D ij maris,& ſi quæ florentes Numina ſyluas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I ncolitis,rapidumúe fretum,fluuiosúe tenetis
L ittoribus: quantum miſeriq́ue doloris & altæ
T riſticiæ medias inter Vetterus arenas
H auſit: vt immitti rigidas thoracibus haſtas
D iſtringiq́ue videt,iuguloq́ue intendier enſes?
Q uis Someni ripas,& circum littora planctus
E xplicet? aut ternos ſpectaſſe mapalia Soles?
Q uin magni paſſim ſonitus, magniq́ue fragores
A uditi. crepuêre fores, vltroq́ue recluſa
H inc atque hinc ſacris quatiuntur limina templis.
S altibus eiecti campis agitantur apertis
R angiferiq́ue Lupiq́ue feri, triſtesq́ue capellæ
E t pauidi Cerui,& maculoſæ tegmine Lynces.
T um cunis ſtrictus vagit trepidantibus infans:
L atrauêre ſimul,viſisq́ue per oppida Damis
A bſtinuêre canes: radicibus eruta pinus
C oncidit,ac nullo fremere alta cacumina vento.
M ugijt horrendum Taurus. Super omnia tectum
L inquit apis,paſſimq́ue volans veſtigat, & omni
A miſſum quærit fremebunda in ceſpite Regem.
T errita pars hominum rerum nouitate ſtupeſcit:
E uentusq́ue alij lætos hoc ducere ſigno,
L ibera quòd paſſim ſubeant animalia,quò ſe
F eruor agat. pars augurijs hinc fœdera gentes,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I nter,& æterno coaleſcere pectora nexu
P rædicat:admixtos canibus quia viuere Damas
C ernit,& impauidos errare per oppida Ceruos.
A t quibus haud ficto mens eſt blandita colore,
L ongè aliter rerum ſortes,alioq́ue pauore
C onijciunt. regno mutatum legibus iri
F ormam. decuſſis veluti cum fructibus arbor
E xuit alta comas & ſtipite languet inani.
M ulta tamen pars vota capit. pars multa Tonantem
S ollicitat,varijsq́ue implentur rura querelis:
P oſtquàm alios alij diuerſa expoſcere cogant:
I ncertoſúe dies,aut longa paueſcere bella.
I ntereà Lyckeus agens dat plurima letho
C orpora. crudeſcunt pugnæ,clypeisq́ue ſubactis
T urba ruit,magnasq́; inter dant prælia ſtrages.
Q ualis ab excelſo cum vertice fluxus in imas
P ræcipitatur aquas,medijsq́ue in vallibus errans
O biectos pulſu ſilices rapit: inq́ue profundos
A rdua ſaxa ſinus & ligna reuulſa ſuburget.
H aud aliter Sueones & Vandala robora Dani
D ecutiunt. hoſtes contra ſubtendere vires,
F unera moliri grauibusq́ue inſiſtere telis
A tque vrgere aciem,& grandes proferre caballos.
P rimus in aduerſo ſuſcepit pectore vulnus

Infœlix

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I nfœlix Vates: qui Suetica fata viceſq́ue
P rædixit toties certo Fickfindius ore:
P rimus & ante omnes moritur, præcordia læſus
Q ua ſeptum medio pulmones viſcere mergit,
H unc ſtrauit fortuna magis quàm dextera Froſti
Q ua cecidit, lætam cum ſæpius antea pacem
S uadere, & duros ſolitus prædicere luctus.
H aud tamen in barathri nigras impunè tenebras
C arpit iter: Froſto perſtrinxerat ilia, quo pòſt
V ulnere confectus ſuperas conceſſit in auras.
I nde Caprum letho celerans dedit Aſper, in imum
D efigens ventrem, gelido mucrone ſecutus
Q ua locus extabat, totiq́ue fit obuius enſi.
F ertur in Antraden telo Bugslaus equeſtri
I nuaditq́ue virum ſenior: ſcapulasq́ue per amplas
T ranſadigit iaculum, mortemq́ue in vulnere linquit.
A ſt inſultantem cùm Poſa videret: hianti
I mmittit galeæ ſubnixam viribus haſtam
M etiturq́ue locum. Sed enim Bugslaus eunti
V t cedit telo, totas è vertice criſtas
P erdit, & excuſſo miratur robora cono.
H inc gladio Poſam recta petit. impetus illi
Q uantus in aduerſos fuluo ſolet eſſe Leoni,
C um per prata boues & membra fugacia ſternit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N ec mora nudatum Poſæ latus haurit, & ore
C aſtigans tali compellat voce cadentem.
Q uid tibi Poſa ſequi tumidos fuit vtile Danos
D eſertaque fide peregrini Principis arma
S ectari, aut patrias immittere cædibus vrbes?
H æc ſunt iuſta quidem ſcelerati præmia facti
M utatæque domus: Sueonum cum prædia linquens
H oſtiles animos aduerſaque pectora firmas.
S ic ait, ac gemina lætatus cæde ruentem
I n ſe vidit equum: quem cominùs incitat acer
G adlæus, ſubitoque impellit tergora nixu.
I lle viro magnis validam conatibus haſtam
I ngerit, ac multùm ruptis thoracibus vrget
I n præceps, totaque ferum de ſede reuellit
I lliſitque ſolo. tremulos labat actus in orbes
I nſanus quadrupes. veluti cum turbine gyrus
P uluereos cumulos immixtaque corpora voluit.
E t ſimul: ô Superis celſoque inuiſe Tonanti:
Q uid dare noſtra neci tam fortia pectora tanto
T e iuuet è riſu, ſannisque eludere mortes?
S i valida quaſſare manu, ſi ſternere ferro
D ij tribuunt: equidem ſolido gratare labori
S ucceſſusque pete, & moderatis vocibus inſta.
V incere ſe, maius quiddam eſt, quàm vincere victos.

Amplius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A mplius iſta tamen non te iactantia tollet:
N ec noſtras vitaſſe manus lætabere,ſeu te
S uecia, Vandalici ſeu te genuêre parentes.
D ixit,& extemplò vagina liberat enſem
F ulmineum:geminos cum ſe Bugslaus in armos
T ollere conatus dextram prætendit,& iſto
N unc,ait,abſtineas,neque figas vulnera ferro.
H aud fas eſſe ſinit violari corpora, quæ me
H uc fortuna Ducem Pomeranis miſit ab oris
E t dedit in miſeros victori obnitier auſus.
P arce pio generi,precibusq́ue allabere noſtris,
C ùm te victorem ſtatuat Deus arbiter. hìc ſe
G adlæus retrahit totumq́ue recondidit enſem
A ttolliq́ue virum iubet,ac dat luce potiri:
A cceptamq́ue fidem magna inter præmia mittit.
D umq́ue ea multiplici geritur res dura labore,
E Danis cecidiſſe etiam non pauca feruntur
F ortia membra virûm:patriæ quibus arua tueri
M ens & cura fuit,gladijsq́ue repellere Gotthos.
S ed tamen & Sueonum pars maior obibat,& ingens
C opia diuerſos ceu ſparſa per æquora tractus
O ccupat,ac vario cumulantur funera letho.
I ncerto veluti cum littore ſpargit arenas
Ae olus incumbens pelago ripasq́ue per amplas

Præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P ræcipitat fluctus & ſaxa ſequentia voluit.
H aud aliter paſſim diſparſa cadauera campis
O mnibus aucta iacent: circumq́ue effuſa paludes
O ppleuêre locos gelidaq́ue quieſcere morte.
V t magis atque magis ſub mutua vulnera ſeſe
A dglomerant acies, Sueco genitore Lobello
T euthonica ſed Matre ſatus defertur Halottus
H Vrnorum in ſobolem, cuî Lago nomen, & inter
M aiorum titulos claris rutulabat ab armis.
H unc ſanè ante graui tardatum vulnere, quamuis
P ugna haud cedentem, ſed acerbo cominùs enſe
P ellentem Suecos & funera multa ferentem,
O buius excepit nunc aſper Halottus, eiq́ue
M axillam gladio leuam ferit: vtq́ue ciatrix
S anguineos ſeſe in fluuios diffudit, ouando
S uecus ait: ſed & hæc noſtri ſit teſſera luſus
H urne tibi. extremi ſonitus vix oris in auras
E xijt, actutum cum Bildo allapſus, & huicnê
V ulnus Halotte, inquit, ſannis ſuperantibus auges?
L æticijs moderare tuis, & proſpera narra
D um liceat: nec enim ſimili lætabere plauſu
A mplius, & triſti iam riſum morte piabis.
S ic ait, ingenti ſedenim fera fraxinus ibat
I mpulſu delata, imoq́ue ſub inguine ſtridens

Hæſit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H æſit, & oppletas vitali ſanguine venas
R upit, vbi grandi coëunt ſacra vincula neruo:
C onnectuntq́; ſtruem & medijs ſeſe oſſibus abdunt.
I ngens extemplò ſubijt dolor. ille ruendo
P ræcipitat caſum, primisq́ue illapſus arenis
V oluitur. at Bielckum Krabborum maximus acri
C onfixit iaculo. Bielcus paulò ante quieti
N iclaum intulerat: qui cum fuit editus acri
A udaciq́ue adeò Brockorum è ſtirpe, per omnes
I rrupit cuneos & iter ſibi cæde manuq́ue
A pperuit: penè vt vexillo proximus iſtud
I am prenſurus erat, medijsq́ue ex hoſtibus inde
L aturus victor. ſed enim cum incautiùs inſtat
H îc vexillifero, vulnus crudele ſub ala
A ccipit, ac gelidum capulo tenus imbibit enſem.
C rudeſcunt pugnæ: ordinibusq́ue illata ſuperbis
V ulnera dura legis: celeri Mars plurimus enſe
I am furit, ac latas rapit ocyus ira ſecures.
H îc Rhudos fortesq́ue Doos, animisq́ue valentes
H uitfeldos, hîc Gaggæos Skauosq́ue benignos
E gregias glomeraſſe manus, pugnisq́ue caballos
I mplicuiſſe ferunt, Sueonum dum crebra fatigant
A gmina, & excuſſos gradibus vel nexibus addunt:
V el medio certè camporum in funera mergunt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P ræcipitesúe vrgent, curſumq́; obeuntibus inſtant.
M ulti autem multisq́ue locis cecidêre,ruuntq́ue
V andalici paſſim:paſſim Germanica pubes
I nterit:aut iam iam fugientia ſigna ſequuntur.
N ec ſua Nortuagicis bello fortiſſima virtus
D efuit. inuecti celeres vrgere caballos
E t proferre manus,hoſtemq́ue impellere. vel quis
H arfageros,quis Blodöxos,quis denique Smyörros
C allipſosq́ue canat? iam ſe Krumdijgus & acres
G adlæi,latoq́ue furens qui militat enſe
S iuardus,cuî nota caput dat nomina Verris,
L atè equidẽ extulerant: cuneosq́; ingreſſa Iuuentus
P errumpit,gladiosq́ue rotat. mox funera denſat
E rlingusq́ue Ormus,Rafnoq́; Albinus,& atra
C æſarie notus Suerco,cuî plurimus enſi
F eruor erat:quorum ſtudia eſt imitatus & iras
H acco ferox,primosq́ue inter pugnando fugatos
T rudit equos,pulſosq́ue loco dat cedere victor.
H ic igitur Sueones laſſantur vulnere. longa
E ſt odij ſeries,quo gens Nortuegica Suecis
D iſſidet,ac iuſtos vindictæ inſcripſerit ignes.
G unnarus his pro Rege Canem dedit eſſe.quid illo
I nciuiliùs eſt facto? non bárbara Suecos
M ens agit?& non eſt iuſto pœna horrida cœlo?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S i bello ſuperas: ſi dant Dij ſternere ferro:
N e feritate etiam ſuperes. moderata ſequare:
N aturamq́ue colas, hominemq́ue age. iura Catellis
D iſtribuat Canis. aſt homines homo ſeruet, eiſq;
I mperet, ac finis conſtet Concordia bello.
S tulticia eſt, ſi quis ſe immanem oſtendere victis
E t præſtare velit: nihil iſta proteruia regnum
S eruat. non animos hominum deuincit. acerba eſt
M emoria fortunæ, gladio quæ fracta recedit,
A tque moleſta ſatis: ne quas blaſphemia flammas
P ræthereà accumulet, fundatq́ue in dura venenum
V ulnera. Nortuagij hîc igitur ſubtendere fortes
V ltriceſq́ue manus: quibus eſt res Vandala valde
C onciſa, ac tumidis redeunt ſua præmia Suecis,
E t vetus iſte nouo Canis auget funera morſu.
A ut quid Folckungos, quid Brados, quidúe feroces
C ommemorem Sturos? cecidit præſtante iuuenta
G yltarum ſoboles, cùm fortè Georgius enſem
V ertice nudato caperet: læſoq́ue cerebro
N utantes oculos & lumina mergeret vmbris.
A t Gærum ſonipes truculentior excutit: is cùm
I n mediam vulnus frontem cepiſſet: herumq́ue
P reſſantem fręnos procul auerſatus, habenas
R eſpuit ac magno contendit in æquora curſu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S ed tamen & Gerum ſeruat Langæus: eumq́ue
P rotinùs abreptum ferientibus extulit armis,
D epactumq́ue ſibi patulis immittere caſtris.
V nus erat diti quem Marchia miſit ab aruo
R upini Princeps, animo bonus: acer in armis
E t forti ſubuectus equo, cuì candida giluo
L inea diſtinxit frontem: quæ lapſa ſub imas
S e ſinuat nares circumq́ue ita ludit habenas.
P oſtremus ſed enim parili ſuffragine ſeſe
P es mouet, ac niueo verſat ſe planta colore.
H unc quidam nullis celeber maioribus: at qui
H oc ipſo primus pulcherrima ſtemmata facto
I ntulit in ſeros, ceu præmia iuſta nepotes:
O ccupat, ac tali gaudet ſibi victor honore.
P oſt quem nec numero Proceres vtrinque cadebant
N ec titulis. tantos equidem ſecura vetuſtas
S uppreſſit fremitusq́ue virûm ſtragesq́ue potentum:
E t dedit in medias hæc volui clara tenebras.
A t verò & parmas toto fluxiſſe cruore,
E t rumpi gladios, & frangi ſcuta videres.
Q uis cladem illius ludi, quis funera fando
E xplicet? haud ſoli pœnas dant ſanguine Sueci.
E gregios præſtare viros, & frangere ferrum,
L oricasq́ue manu terere, & proſternere criſtas.

Hîc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H ìc igitur vario ludit Mars improbus enſe
A lternatq́ue vices. interdum proſpera Danis
S pondet,& eximias victoribus addere laudes.
I nterdum Suecis blanditur,& vrget in hoſtes
P ræſtantes populos,Germanaq́ue robora fulcit.
Ae quo igitur certata diu ſunt prælia Marte:
D onec Iuarus equo medios inuectus in orbes,
P roterit obſtantes cuneos,& talia fatur.
M acte animo,virtute parifortiſſima pubes
D anica. nunc tempus rigidos inferre lacertos,
E t bello glomerare manus,& ſpargere iactus.
F eſtinate viri celeresq́ue aduertite dextras:
Q uaq́ue oculus medios inter ſibi proſpicit hoſtes,
H uc animus,duræq́ue manus,huc tela ſequantur.
H æc erit illa tuo ſemper memoranda Nepoti
E t celebranda dies:paruo quo maxima cornu
R obora,& elatos Sueones viciſſe ferare.
S ic ait:ingentemq́ue Polum,fortemq́ue Kanutum
A ndbiornumq́ue citum letho dedit. arma Kanuto
P òſt detracta iubet famæ monumenta futuræ
S uſpendi,& nitidis ſeruarier aurea templis.
E t iam prima acies Alberti ceſſerat æquo
P ulſa loco,captosq́ue virûm Lyckeus agebat
P ræcipuos:alios infeſto Marte ſecutus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ut necat,aut volucri ceu raptos turbine cogit
D eformem tentare fugam.mora nulla, phalanges
D iſſipat.aëriæ veluti cum tecta columbæ
D iffugiunt,prædator auis cum deſuper hamos
A ccipiter tota veſtigans fronte minatur.
H aud aliter Sueones multò fortiſſima certè
C orpora, Vandalicasque manus & grandia Gotthis
R obora diſſoluunt ſparguntque per æquora Dani.
N on aliquis numerus,non meta modusúe cadentũ:
S ed velut agricolæ ſpicas cum fortè ruentes
E t ſua farra ſecant,plenas rimantur ariſtas
D ecutiuntque ſolo fruges,ſegetemque reuellunt.
S ic Sueci intereunt. magis ac magis vrget Iuarus
N utantes animos incertaque multa pauentes,
I nſiſtitque viris:prohibetque capeſcere ſparſos
C onſilia,aut cuneos aliqua ratione tueri.
C um velut ingenti iam turbo volumine celſas
P ræcipitat quercus:totoque è vertice ſyluam
D ecutit. illæ imis equidem radicibus hærent
I nfixæ firmæque ſolo: flatusque prementes
D eſpicere,ac nullis victas ſe credere nimbis:
V rgenti donec videas ſuccumbere vento
C orreptas ſubitò moles,paſſimque ruentes
S ternier,ac lato ſparſas velut aggere totos

Opple-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

O ppleuiſſe locos victisq́ue fatiſcere ramis.
H aud aliter durum Sueonum genus impulit acri
P errumpens Lyckeus equo: mediosq́ue per orbes
I ncedit victor trepidosq́ue in tergora cogit,
O bſtantesq́ue fugat. Tum verò corda manusq́ue
A lberto,& toties iactatæ in pocula voces
D eficere:& ſubita nutant caligine mentes.
H îc ergo exclamans fugientes corripit ore,
S tate viri:nuſquamq; pedes,nuſquam arma referte:
N ec me deſertum iam Vandala dextra relinquas.
Q uid fugitis?cadit Aruidus,iuſtiſſimus vnus
Q ui fuit in Suecis:motus qui prouidus omnes
V idit,& euentus ſolitus prædicere triſtes
E t ſua damna queri. nunc Regi proximus omnem
M ilitiæ forti tolerabat clade laborem:
E t morti dederat plures fera pectora Danos.
H uìc denſum gladio iugulum perrupit Ericus,
C uì nomen vexilla dabant,interq́ue vetuſtos
B anneros merito præſtabat clarus honore.
V t verò Aruidum ſectis demittere neruis
C olla videt,nigrumq́ue genis hauſiſſe colorem,
N atiuosq́ue efflare ignes:velut enſe reciſis
F loribus ingratam trahere alta papauera mortem:
E xcidit Albertus voto,ſpesq; abijcit omnes,

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t celerante fuga miſeram ſperare ſalutem.
P ræcipuè turbata acie,cum cedere paſſim
V andalicoſq́ue videt, Suecoſq́ue elabier:hîc &
P ræſtantesúe mori,captosúe in vincula mitti.
Q uanquã multa quidẽ Sueonũ manus integra cam-
P erſtet adhuc:cuneiq́; forent,ſaluæq́; phalanges, (pis
Q uæ conferre pedes hoſtique reſiſtere poſſent:
A tque aliquam ſaltem domino ſpondere ſalutem.
D eijciens animum mutat tamen:obuius acri
C um ſubitò allapſus Regem Lyckeus agebat
E t tremefecit equo: dextramq́; attollit,& enſem
F ulmineum magnis quatit actum viribus. ambos
V t videt hora Duces rigidis concurrere dextris,
M utuaq́ue effræni ſubtendere vulnera letho:
T um verò ingenti concuſſa eſt Holmia luctu:
T um trepidare lacus. ſeptem ſubiecta Trioni
B iarmia contremuit,cæcis audita cauernis
V ox tonat. Hîc trepidis tandem Venus anxia Suecis
A uxiliatur aqua,pluuiasq́ue immittit & amplo
D anica luxurians perfundit cornua rore.
A ſt inhibente Deo currus propellere vanus
E ſt labor,& tenui ſeſe hæc contentio fructu
P romouet. ætherio quæ ſunt decreta Parenti,
N ulla caducarum rerum conuerſio tollet.

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S ed fato eſt ſua certa fides. non imber Iuarum
F regerit,aut pulchris vigilem deiecerit auſis:
N on labor impedijt:ſed fortior inſtat, & altè
T riſtia perculſo iam nunc extrema minatur.
C onſpecto Rex hoſte fuga prohiberier vt ſe
C omperit,ac nullas reſtare in damna latebras:
E xcipit inuectum gladio,pugnamq́ue parumper
S uſtinet. hîc aliquo Lyckeum vulnere ſtringit
I nſultans,animumq́ue etiam ſub clade receptans.
A t latus vt ferro lęſum ſpargiq́ue dolorem
S enſit Iuarus,equum calcaribus incitat: & iam
S æuior Alberto tendit. dant lumina flammas,
E t ſpirare necem vultus:gladioq́ue coruſco
F ulminat,ac denſo deturbat verbere Regem.
C um velut immanis pugnans Leo ſentijt vrſæ
I mpactos vtero dentes,vncoſúe recuruos,
E t fluere aſpexit vena ſtillante cruorem,
A crior in fremitus ſurgit,laceroſq́ue per artus
R egnat,& infractos latè iacit efferus armos.
H aud ſecùs inuadis Sueonum Lyckee Tyrannum,
C um feriunt tibi tela latus. crudeſcit agendo
P ugna ferox,totoſq́ue fluens it ſudor in artus.
V erbera conduplicat Danus,plagaſq́ue per omnes
I ngerit articulos. veluti cum grandine tellus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T unditur,aut faciles cumulantur in æquora nimbi.
S ic ictus geminat celeri Lyckeus ab enſe
E t ſua multiplici delaſſat brachia pulſu.
N ec minor exercet reliquas contentio turmas.
V nus habet cunctos ardor,decernere ferro
E t victis inferre iugum ſociosq́ue tueri.
I ntereà Alberto galeam Lyckeus agendo
E xcuſſit capiti, loroq́ue impune ruente
L axatur thorax. iamq́ue inſtat amarior: & iam
V ulnus erat Regi gladio lethale daturus:
C um ſubitò exclamans protendit brachia Suecus
E t verbis:Ego me, victor tibi dedo:ſimulq́ue
F ulmineum tradit mixtis ſingultibus enſem.
A ccipit oblatum Lyckeus, & exuit armis
A lbertum. fugêre manus,ceduntq́ue phalanges:
E t quà quiſque poteſt miſeram petere inde ſalutem.
D anicus inſequitur miles,pauidosq́ue perurget:
E t trepidos capto ſubuertit fama Tyranno.
B alantum gregibus ceu cum lupus imminet. illæ
A ttonitæ fugêre feram, camposq́ue per omnes
D iſperſæ triſti lacerantur corpora morſu.
H aud aliter pauidis fugientibus aduena victor
I nſtat ouans. iſto pulcherrima membra tumultu
H aud mihi pauca quidem mortẽ oppetijſſe feruntur.
Donec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

D onec & edicto vetuit Lyckeus in vllos
G raſſari ciues. ſecuros eſſe colonos
I uſſit, & haud iſtis ſatiari cædibus enſes.
T um ſimul elabi cum cernit militis omnem
D iſpergique manum, nuſquamque reſiſtere Gotthos:
I nflari lituos, pugnaque excedere Danos
I mperat. actutum reuocatus ad ardua miles
C aſtra venit. venit Albertus, quem maxima duxit
A tque inuicta manus: pluuijsq; & ſanguine multùm
S parſa manus iuuenum. ſub noctem victor & ipſe
L yckeus ſequitur, totasque reducere turmas.
I gnibus accenſis collucent caſtra, rogique
O ſtendunt lætas vicina per oppida flammas.
P rotinùs electi vigiles & plena locantur
P ræſidia, ac forti clauduntur mœnia vallo.
S partanam quali fama eſt incingier vrbem,
C um viuo circum ſtatuuntur robora muro.
T um verò & medicos Dux euocat. ipſe cruore
D eterſo primus lateri ſua vincula nectit
A dducitque cutem nodo vulnuſque fouebat.
P òſt alios curare iubet. iubet ire feroces
I n pugnam iuuenes, campis qui ſtrata cruentis
C orpora ſeruare, & conquirere funera poſſent.
T andem etiam oppleri nocturno viſcera ſomno

k 2 Nutri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N utririque cibo mandat. tellure recumbit
F eſſus, at ante oculos vel belli forma, vel altæ
V irtutis decus,& ſuperi verſatur Olympi
P ræſidium:ac gratam reficit Victoria mentem.

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

MARGARETICORVM

LIBER X.

INtereà varijs Regina exercita curis
Spem vultu oſtẽdit,ſed alit ſub corde dolorẽ,
Incertosq́ue dies perplexaq́ue bella paueſcit.
Sicut vbi inciſa pinus radice futuros
I am metuit lapſus, dubioq́ue volumine totas
D iuidit alta comas:nuncq; huc, nunc prominet illuc
I gnotumq́ue diu quo ſit caſura relinquit.
H aud ſecùs immoti non peruia fœdera cœli
I nſtabilesq́ue vices obſcuraq́ue pondera rerum
C olligit,ac magno curarum fluctuat igne.
N unc ingens Sueonum metuentem legio terret:

Nunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N unc equitum numerus,grandiq; inſcripta phalangi
C opia percellit. nunc Vandala turba proculque
Q uæſitus Tuiſcho Germanaque robora turbant.
R es ea cum magnis agitata pauoribus acrem
C ordibus infixit ventura in fata dolorem:
Q uòd ſua non tantùm Germanos aurea virtus
E t conſtans in recta fides animusque ſequatur:
S ed laudis ſplendor,quæſitaque gloria bellis
E xcitet:vt magnis voueant ſua pectora factis,
S upremaque manu ſuprema pericula tentent.
D enique Teuthonicæ cum robur ineſſe phalangi
P ræcipuum ſciret,perterrita ſæpe futuros
H orret ob euentus:agitataque multa volutat
E t ſua non vni demerſit pectora curæ.
A ſt alio mentem firmat tamen omine,priſcos
M aiorum faſces certataque prælia verſans:
C um pia deuictas diuerſo in littore gentes
C ogitat,ac paruo ſuperata ingentia cornu.
M axima ſed Chriſto fiducia militat:in quem
Q uodcunque euentus,quodcunq; eſt laudis in armis
I ecit,& à ſupero ſperat meliora Tonante.
C umq; inter tantos animumq; & pectora fluctus
D iuidit,haud tenui quatitur formidine: duris
O ra rigat lacrymis & ſpe ſibi commoda firmat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Iamq́ue adeò tenebras rediens aurora fugarat,
E t iacit in totum radios Sol aureus orbem:
C um ſubitò allapſus primo cum mane iacentem
E rigit, ac grato confirmat nuncius ore.
M iſerat hunc bello victor Lyckeus, vbi acri
P artum animo ſera ſtatuiſſet luce Trophœum,
N oſtraq́ue victrici cumulaſſet robora Lauro.
I s poſtquàm aduenit Dominæ iam proſpera narrat:
E t viciſſe Manu Danos, vinctumq́ue teneri
A lbertum. Quæ vox, Reginæ vt venit ad aures,
I ncaluit flammis. Quis lætæ gaudia mentis
E xplicet, aut tales ferat in ſua carmina motus?
C um veluti multis onerata doloribus, æuo
I am gnati metuit genitrix ſtudioſa: quòd illum
L ongior abſumat paulatim morbus: ijsq́ue
H æc ſeſe curis, hac ſe ratione fatiget.
T um ſubito ſi quis rumore inuectus amanti
N unciet, egregiè medicis ſuccedere, & ipſi
I am minimè dubiam gnato ferat eſſe ſalutem:
E xerit illa animos recreataq́ue pectora voce
F irmat, & ingenti teſtatur gaudia plauſu.
H aud aliter, ſi magna licet componere paruis,
V t viciſſe ſuos audit Regina, Deoq́ue
P ropugnante frui, & famam virtute mereri

Nutan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N utantes animos incertaq́ue pectora rurſus
C olligit, ac niueo perfundit lumina vultu.
Q uoq́ue loco tantos primùm ſibi dicier audit
B ellorum euentus, manibus ſublapſa genuq́ue,
Ae terno grates perſoluit grata Tonanti.
I nclyta mox iuueni reddit Dea munera: torquem
P ræcipuum, mira celeber quem Gaſtulus arte
F ecerat: ac rutulo ſpiras dedit eſſe metallo,
D enſaq́ue nexilibus veſtigia ludere nodis.
H æc cape Bildo, inquit, perlatæ præmia famæ
N auatiq́ue operis: merito Dij cætera reddant
E ximio, & lætis cumulent tibi ſortibus æuum:
D entq́ue adeò ſeros colere hæc mihi ſarta nepotes.
E t ſimul in vicina ſubit, quæ templa Deorum
E veteri ſtabant monumenta haud ruſtica mundo:
T um Geticis inſcripta notis. quo more priores
A rdua maiorum complecti geſta ſolebant,
E t Muſis aperire vias, quibus inclyta laudum
S emina venturos inter ſint nota parentes.
H ic ſubnixa genu tollensq́ue in ſidera vultus,
S ic ait, ac votis animum non triſtibus implet.
M agne pater ſuperûm: tuq́ue ô ſanctiſſima proles
C hriſte Deus: ſummi cui machina cœlica mundi
M ilitat, ac iuſtos defert chorus omnis honores:

Te

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

T e donante ſumus, quicquid ſumus. accipe totas
P ectore quas imo tibi reddimus optime grates,
S upplicibusq́ue etiam ne claudas vocibus aures.
N on noſtræ Suecum vires, non noſtra Tyrannum
R obora fregerunt. tua ſunt, quæ Numina regnis
E uentus tribuunt lætos. tu bella gubernas:
A rbitroq́ue tuo vel durant cornua: vel ſe
I n turpem ſoluêre fugam, quæruntq́ue latebras:
F irmatosq́ue gradus te te impellente relinquunt.
H aud tibi difficile eſt paucorum viribus amplas
O btriuiſſe manus: validasq́ue exſcindere turmas
E xiguo certè numero. tu limina noſti
E t fines, intra magni quos culmina regni
N utare, aut fato quaſſari ſceptra neceſſe eſt.
D ij faciant ſeros memorare hæc geſta nepotes,
C œleſtemq́ue manum certato agnoſcere bello.
E t nunc noſtra ream ſtatuunt me pectora voti,
Q uo tibi non falſos reddam lætiſſima cultus:
A c pietatis opus totis cumulauero regnis.
D ixerat: ac molles circumtulit vndique vultus
M itior, & blando verſat noua lumina motu.
C um veluti ſæuas poſuit maris vnda procellas
E t placido conſtrauit aquas latiſſima campo:
H aud tumidi ripas feriunt denſa agmina fluctus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

N ec tempeſtatum deſæuit in æquora feruor.
O mnia læta virent, nitidiſq́ue coloribus albet
P ontus, & excuſſo langueſcunt turbine venti.
H aud aliter faciles iterum dea pandit ocellos
E t dubiam recipit poſt fracta pericula mentem.
Iamq́ue dies medium permenſa euoluitur orbem,
E t Phœbus ſummo rutilans ſplendebat in axe:
C um Lyckeus iter, Dominam petiturus, inibat
A lbertum adducens ſecum, primaq́ue tumentes
N obilitate viros. mox gnatum Regis Ericum,
P ræſtantem ingenio iuuenem, gladijsq́ue valentem:
Q uiq́ue aliquot letho dederat: camposq́; per omnes
S æuire, & victos crudeli immittere morti.
H unc tamen aggrediens celeri tum ſtrenuus enſe,
Q uiq́ue Stenaltinos poſſedit Biorno colonos,
E t latè congeſſit opes ſatagensq́ue tenebat,
E xſuperat: ſcapulis cum vulnera denſa ſiniſtris
I ntulit, ac ſummo diſtrinxit membra dolore.
T um verò Eydoræ Comitem: tum magna ſonantem,
Q ui Rupinenſi Princeps aduenit ab vrbe,
A tque alios ducit: primo qui flore tot inter
P ræcipuas præſtare manus, nomenq́ue tueri.
A ttamen in toto conſpectius agmine viſum
N il fuit, eximio quàm cui Stargardia tutas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

B ugslao ſubiecit opes, titulosq́ue ferebat.
I lle triumphali dum pompa adducitur arci
B ahuſo, rectos equidem prætendere vultus,
E t medios inter lætum ſe ferre dolores.
H ic ergo Albertum deiecto vt pectore vidit
C ommunem multis ſortem tolerare, nec alta
S pernere fortunam ſubuerſaq́ue culmina mente:
T alia conſtanti fama eſt ſermone locutum.
Q uas tibi, quas animo flammas, quæ fulmina volui
R ex Inuicte putem? Danisne relinquere cannas
O btectosq́ue lares ſtipulis & ſtramina poſſis?
P arce pio generi, ſpaciumq́ue caloribus adde.
A ſt hæc iuſta quidem ſtultis ſunt præmia dictis:
E t luimus, quæcunque luant qui talia faxint.
D ij meliora bonis. nos tanta ſuperbia, tanti
V andalicos, faſtus petulansq́ue inſania voluit,
V t ruere, & merita ſubuerti clade neceſſe eſt.
P otare, & ſannis rectiſſima ludere: grandi
I nflatos bucca nos oſtentare: beatis
D etrahere ingenijs populorum, & carpere gentes
Q uas vel cunque alias, famamq́ue aſpergere dictis:
H is equidem dudum magni ſumus artibus. enſes
F igere, & impacto thoraces rumpere ferro,
I d præter noſtros non quemquam poſſe putamus.

Præmia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P ræmia ſtulticiæ quapropter reddita, magno
P ectore ferre decet. ſatis eſt caruiſſe triumpho,
N e careas animis etiam: dulcemque relinquas,
Q uæ ſola afflictis dat ſpes ſolatia rebus.
O mnia ſors verſat celſis obnoxia diuis:
I n quorum ſunt regna manu, quibus hora dieſque
M ilitat, & toto parent faſtigia mundo.
I uppiter obſcuros aliàs Pater euehit: idem
D eprimit euectos: ſubitoque is maxima motu
C ulmina proſternit, tituloque inſcribit inani.
V incere dij quondam dederant tibi: Numine verſo
N unc ijdem manibus duras ceu ferre cathenas,
E t magni dant iuſſa ſequi victoris. & hunc te
P lus iam poſſe putes, quia plus te poſſe volebas.
S ic rerum ſeriem iuſto Deus æthere vindex
T emperat, ac meritis exæquat præmia factis.
Q ui ſua ſplendenti cum durant pace, cruentis
B ellorum facibus ſæuoſque obiecit in enſes,
H aud ſapit: haud illum fauſto mihi ſidere natum
D ixeris eſſe virum. rerum pax optima, ſi quid
E ſt homini nouiſſe datum. quis triſtia bellis
C ommemoret? vaſta eſt tota quæ mole cathena
N ectitur, & longo magnos trahit ordine luctus.
N ec ſolùm hij, quibus eſt contentio mota Tyrannis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ſpera multa luunt: ſocias inuoluere gentes
M ars ſolet, ac ſparſis quatitur vicinia flammis.
N on vni ſemper veniunt ea damna periclis
E xantlanda viro: perſæpè vnius ob iram
I niuſtasque manus, auerſaque pectora diuis:
P ublica ſupremis res tota laboribus hauſta
C oncidit, ac ſurdo gemuit fera vulnera cœlo.
D enique nec iuſtis mortales prælia cauſis
E t ſua bella mouent. vel amor ſceleratus habendi,
V el furor inuiſos Superis celer excitat ignes,
O mnia quo tandem deflagrant commoda regnis.
H eu cæcas vitæ ſortes, & inhoſpita diuis
P ectora. Sed ſtolidis fatoque tumentibus, & quos
C ogit in arma odium, miſerè eueniſſe neceſſe eſt.
Q ualia nunc documenta damus, quibus aurea ferre
C ommoda nequicquam gratum fuit. aſpera genti
P rælia Danorum non læſi mouimus. iſta
N unc igitur nos ferre decet, quæ reddere diuos
A ſpera ſentimus noſtriſque illudere vitis.
H aud irrideri cœlumque ac aſtra putemus.
T arda quidem, ſed dura venit vindicta Tonantis.
Q ui ſeſe vlciſci ſemper ſtudet, illius æuo
P lurima miſceri, quæ ſint aduerſa, neceſſe eſt.
A tqui ego ꝗ decimã numeris quater expleo meſſem

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

E t duo luſtra gero, cui circum tempora canos
S pargier, ac annis increſcere membra videtis:
C uique etiam bellis ſunt multa pericula, multi
E xhauſti, & duro ſuperati Marte labores:
I udicio ſi quid liceat decernere, ſummum
H unc ego dico Ducem, paruo qui robore poſſet
N os terere, & tantas ceu turbine ſpargere gentes.
C umque ita dijs viſum, feſſo mihi nectere dura
V incla ſeni, & tacitis inferre doloribus æuum:
G audeo me tali victum Duce: maxima turmis
E t dare conſilia, & paruo qui vincere poſſet.
Q uæ mihi cunque graui fortuna ſuperſit ab hoſte,
H unc ego præcipuis dignabor honoribus, vt qui
F ortunam virtute regat, diuosque ſequatur.
T alia Bugslaus carpens iter ore locutus
P ergit. At Alberto tacitus pudor ora iocosque
C omprimit, ac triſti perfundit lumina fronte:
P ectoribus veluti cum mens ſibi conſcia luctus
I ntulit, ac duro ſubigit præcordia morſu.
A ttamen alloquitur mœſtos Lyckeus, & eſſe
H aud ita perculſos aduerſa in fata iubebat.
S e curaturum dignis vt principe viuat
Q uiſq; locis. non hunc Danis in triſtia morem
E ſſe viris, non hoc ſectari crimine laudem:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I n captos ſæuire odijs. capit vltio finem
C um fractis herbam porrexit viribus hoſtis,
E t ſuperare poteſt,& parcere Dania victis.
S ic ait:excelſos cum protinùs agmina poſtes
M urorum ſubeunt,portiſque aduecta propinquant.
O buia multa ibat iuuenum manus:ardet,& alto
C ircumfuſa gradu captum viſura ruebat.
M ultiplices iactare ſonos,grateſque Tonanti
F undere,& optatas cumulare in ſidera voces.
Q uis plauſum illius populi,quis pectora gentis
E xplicet,aut lætos ſatis æſtimet aduena vultus?
Q ualis vbi Auſoniam vox eſt audita per vrbem,
C um victis Macedum regnis in mœnia Perſeus
D ucitur,ac celebri cumulantur vota triumpho.
N on tamen & Latij mirantur Perſea tantum,
T e quantum merita victorem laude ſequuntur,
E t ſimul halantes ſpargunt tibi Paule corollas.
S ic tua iuſta quidem Lyckee encomia noſtræ
P erficiunt gentes,circumque extendere curſus
E t tua facta ſequi,Sueonumque hæc vincla tueri.
Iamque adeò famam celeres ſparſere propinquos
P oſtibus eſſe viros,primaſque aſcendere portas:
I ntrò cum mitti captos Regina iubebat
A dductoſque Duces. nec enim cunctatur & ipſum

Aſpicere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

A ſpicere Albertum,propterq́ue affarier:vt qui
I am pridem optarat deſpectæ regna feroci
A ut transferre manu,aut longis immittere bellis.
A ula fuit lato ſpacium diducta receſſu
V aſta,ingens:crudo lapidum ſubſtructa, rigentem
Q uam paries tenui ſpiſſus decorabat honore.
A mplæ aliquot radijs lucem admiſere feneſtræ:
C ætera cruda domus veteriq́ue obnoxia mundo:
Q uæ nihil aut faſtus,aut praui moris habebat.
C ircum dura iacent nudoq́ue ſedilia ſaxo:
E t nigra obſcurat ferratos ianua poſtes.
Q uà Regina tamen ſuprema in parte locari
M andarat ſedem,rutulo fulgebat ab oſtro
I nductus paries blandoq́ue ſtat arduus auro.
H ìc igitur Boreis poſtquàm ter maxima regnis
C onſedit Margreta,oculosq́ue modeſta nitentes
E t pullam chlamydem vultusq́ue decora beatos:
E ximij verò Proceres,& magna Senatus
P ars ambire Deam circumq́ue aſſiſtere:quali
R omuleos memorant Patres,ſummosq́ue Quirites
C æſarios ambire viros Numenq́ue tueri.
T um patuêre fores: captosq́ue inducere miro
L yckeus tentare gradu. ſtant ordine certi
H inc atque hinc,aditusq́ue regunt & limina ſeruant.

Princi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P rincipio iuuenes, qui nobilitate paterna
A ntequidem cellunt, Sueonum de gente vetuſta,
B is ſex è toto captorum corpore lecti
I bant. quos inter non paſſi vulnera pauci
C andentes manibus totidem præferre bacillos.
M ox de Vandalica ſuccedit pube iuuentus
H inc atq; hinc, ſtabantq; animis & pectore fracti,
O buerſos terræ vultusq́ue ac ora ferentes.
T ertius ingreditur patrijs ſatus acer in oris
I nclyta maiorum ſoboles, cuî nomen Erico
E xcelſos titulos iuuenili ætate parabat.
S ed ſtudio infœlix, dum bella paterna ſecutus
A ccendit populos vrgetq́ue in prælia gentes:
I pſe etiam prædam ſubmiſſis faſcibus auget,
E t comitem miſero ſe iam præſtare parenti.
P rotinus Albertus ſequitur, quem victor Iuarus
A cceptum dextra rigidam deduxit in aulam,
H aud paruo afficiens victum Lyckeus honore.
C ui velut eximiæ generoſo in pectore dotes
E t virtus non vana fuit. Sic hoſtibus acer
H aud inſultandum victisúe ferisúe putauit:
S ed variæ ſortis memor & virtutis auitæ,
A dductum reuerenter habet cautiſſimus. atram
I ndutus veſtem Sueonum Rex ibat, & atros

Attolle-

A ttollebat humo vultus: altumque pauebat
I am minor, ac nigræ metuebat ſcommata linguæ.
H unc Comites captique Duces, & longa ſequuntur
A gmina nobilium. mediam cum venit in aulam,
S iſtitur Albertus ſpectaclum gentibus. inde
A dducit propiùs victum Lyckeus: & vt ſe
S ub Dominæ vultus ſummasque tuliſſet in ædes,
H æc concepta graui fama eſt tum voce locutum.
I nclyta Danorum Princeps, & clara parenti
G loria Valdemaro, fœlix, Auguſta, Deorum
P rogenies, & digna tuis maioribus æuum:
Q uos huc vſque ſies Suecorum à Rege furores
E t quid paſſa mali: quanquam meminiſſe dolori eſt
E t nimis inuiſo percellit acumine mentem:
V t tamen & notum eſt, ita te fortuna beatam
E fficit, ac celebri cumulat tua regna triumpho.
N ec mihi nunc toties tentata pericula bellis
C ommemoranda putes. res eſt ea cognita, quantum
H ic ſeſe immenſos dilatat Phœbus in orbes
I lluſtratque diem facibus lucemque ſerenat.
A tque vtinam ſua mortales aut lubrica poſſent
S cire patique bona: aut meliora monentibus aures
P ræbere, & placidos dent ire in commoda motus.
C ertè equidem minus & fuſi tum ſanguinis eſſet,

m Et mi-

E t minus atroci flagrarent pectora bello.
S ed ferimur fortaſsè, grauis violentia fati
Q uo nos cunque rapit. Quos nec virtutis imago,
N ec pia dicta mouent, ſubiti fortuna pericli
M ouerit, ac ſæuos capiant fera probra dolores.
S ic ſapimus. Neq; enim ignotum eſt, nos prorſus in
C ogier inuitos: cùm ſe vicinia bellis (arma
I ngerat, ac nuſquam violata aſpiret in enſes,
H ijsque inhiet noſtris contracto milite regnis,
E t poterat monitis pridem ceſſiſſe: quietem
V t mallet, poſitisque armis ſua lucra ſequatur:
A rduaque inſigni viſet nos Suecia fructu.
S ed quid ego hæc? Superis cœlique fauoribus vſi
M ilitiæ robur patriumque eduximus agmen
A uſpicijs Regina tuis. Ita fregimus hoſtem,
C onſertaque manu ſcelerata tripudia ſolui.
N uncq; adeò Albertum coràm tibi ſiſto Monarchã,
P roducoque virum: cuî prædia noſtra tumultu
C ura ſuperba fuit multos quaſſare per annos,
E t varios miſcere metus. mihi Numina dextram
C onſiliumque regunt: diuisque authoribus egi,
Q uam mihi communis mandauit Dania cauſam.
A cceptum Regina habeas, animoque ſereno
O fficium tuleris. mihi res hæc inclyta laudem

Sic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

S ic parit,impenſo tua ſi tibi ſceptra cruore
A uxero,& hac noſtros recreem virtute Minores.
V ix ea finierat lætis cum vocibus omnes
A cclamant plauſumq́ue ferunt. at protinùs ipſe
E xcipit,ac monitis deferre ſilentia mandat.
C um ſimul Albertus ſubnixus poplite,mœſtus
E xtulit adductas ſupera in faſtigia palmas
E t ſua fata gemens,miſero ſic ore profatur.
M axima diuinos inter celebranda Monarchas,
C uì fortuna dedit populis dare iura paternis,
E t tua ſceptra manu nullo prohibente tueri:
Q uò res,& vani contentio ceſſit honoris,
I ndicat iſta dies. miſerum eſt meminiſſe beatam,
Q uam quiſque amiſit ſubuerſo cardine vitam.
Q uos poteras optaſſe dedit tibi magnus Olympo
I uppiter euentus. tum labi neſcia virtus
P ro te,pro patria,pro libertate focisq́ue,
P roq́ue aris cumulo poterit certaſſe videri.
H aud equidem inficior cæca ſpe, & pectore multum
M e ſtolido magni tentaſſe volumina belli,
E t varias ſpectaſſe vices:quas lucra ſecutos
E xperior miris auxiſſe in funera dictis:
E t finxiſſe ſibi noſtro fœlicia damno.
S ed ſequimur plerunq; malum: quodq; intulit ardor

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

P ectoribus, vano deludunt Numina motu.
E t nunc cerno quidem, quàm non ſuccedere ſtultis
V ota ſuperba queant. maius res cœlica quiddam,
M ortales animis quàm poſſint prendere, verſat.
T uque etiam, quod magna potes, concede Tonanti,
H umanosque velis etiam meminiſſe labores.
Q uodque ſubinde viret folium marceſcit: & alta
F ulmina perrumpunt, perflantque cacumina venti.
E xcelſis fortuna nocet. quid Lydia Crœſo
M aius habet? ſed enim noſtris erroribus adde
C lementes animos, & te patiare moueri.
V incere dij ſoli tribuunt: ſed parcere victis,
I ndolis humanæ & celſæ virtutis imago eſt.
N on ignoro tuis illuſum viribus eſſe:
E t nos magna tibi cumulaſſe opprobria Suecos,
Q uæ luimus. meritaque accenſa in prælia cauſa
P ropitio frueris cœlo. tibi militat orbis
D eſuper ætherius. nec enim ſine Numine diuûm,
A ut tantas hominum turmas, aut robora quiſquam
F rangere tanta poteſt. Dij dant ſuccumbere victos,
V ictricesque tuis diſpenſant viribus enſes.
C aptiuos clementer habe, vitamque tuere,
D ignaque principibus decerni ergaſtula mandes.
N os etiam titulos aliquando, & nomina clari

Geſſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

G eſſimus. at,quid enim? nunc victi ſupplice dextra
I mploramus opem alterius.miſereſce precantes,
E t quod te dignum fuerit,da ferre rogantem.
O mnibus in vita ſemel eueniſſe neceſſe eſt,
I nfortunato quod ſparſum ſidere damnet.
S ic homines ſumus:hæc ratio eſt, qua viuimus. adde
H anc animis metam,clementer & vtere victis.
T alia ſedato cùm Rex Albertus ab ore
I n genua adnixus,cinctusq́ue aſtante corona,
D ixiſſet,largo multorum pectora queſtu
P erculit:ac lacrymas miſeranda voce ciebat.
C um ſimul attolli miſerum Regina iubebat
A lbertum. hîc veteres ridendo blandula cauſas
S ic ſubigit,morſum tamen vt ſentire Tyrannus
P oſſet, & haud placidos Reginæ aduertere ſenſus.
E n mihi tantoperè & toties,Alberte,Monarcham
O ptatum noſtras tandem veniſſe ſub oras?
G ratulor acceſſus tantos. mihi nata leuabis
P ignora baptiſmo,quæ tu ſuſcepta parente
S orenſi,Proceres interq́ue & pocla ſolebas
H actenus effræni mendacia ſpargere dicto.
N emo ea priuatæ,tenuem cuî Numina ſortem
D etulerant,tantis conficta opprobria ſannis
V el bonus obiecit,vel non comperta procaci

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

O re vomit. In nos minus iſta proteruia linguæ
E xacuenda foret: populis quæ iura decusq́ue
D iuidimus: quibus & patriam dij ferre coronam
E t gentes frænare dabant, ſanctumq́ue tueri
Q uod mihi iuſta quidem diſpenſant Numina, regnū.
A ut fortaſsè etiam videas vt Scanica præſens
R ura venis? Sed enim iam pridem audita recordor
Q uæ potando tuis promiſſa ſodalibus auges:
H aud prius vſurum patria te veſte cucullo:
Q uàm Sueonum imperio caput inclinare videres
Q uæ noſtro parent fortiſſima pectora regno.
Q uidúe aliud fortaſſe petis? fortaſſe minores
T e docti ſapiant? ſtultum eſt Alberte, Deorum
N umine ſecluſo, & vera virtute relicta
S ceptrorum decus & claros ſperare triumphos.
N on ea mortali res eſt expenſa bilance.
I mperijs Superi præſunt: qui quando quibusúe
H æc dare magna velint iam fato conſtat. in auras
S oluitur, aduerſo ſi quid luctabere cœlo.
S ic ait, ac vultus Regina auertit. at ille
A dnixus magnis iterum ſingultibus orat:
P arce tuo generi, & meritum compeſce furorem.
H æc mihi ſola quidem ſupereſt fiducia victo.
I lla nihil contra. ſed ſe tum mitis Iuaro

Intulit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I ntulit,ac placida victorem fronte moratur.
M agna Deûm ſoboles,interque ferende beatos
S emper auos,quocunque decus pulcherrima virtus
S parget,& æterno ſtatuat dare facta nitori:
Q uas tibi quas meritis grates pro talibus vnquam
P erſoluiſſe queam ?minus eſt quod reddere poſſum
Q uàm tua quod virtus,& mens non fracta meretur.
D ij tantis tribuant quæ maxima præmia factis
E t tua perpetuò memorarier acta triumpho.
Q uin tibi poſteritas cumulatis laudibus aram
D iuinosque hymnos & ſera tripudia paſſim
C ondet,& æternas ſparget tibi læta corollas.
Q uaque patet domitis hæc noſtra potentia regnis
O re legêre virûm,nulloque exutus honore
A urea perpetuum referes ad ſidera nomen.
N ec tamen & nobis ſtudiumque animusq; merendi
D efuerit:gratam tua me tibi gloria reddit,
Q uam tibi mens,quã vera fides, quam ſidera firmant.
F inierat Regina:ſimul cum Regia plauſu
I ngenti ſequitur:tollitque Senatus in auras
L æticiam,ac merito celebrat noua gaudia vultu.
P arte ſed aduerſa quidam diffundere luctus:
Q ui longo mœſti iam ſtabant ordine dextras
T endentes,tacitosque adigunt ſub ſidera queſtus,

Con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

C ontractaſque premunt frontes. pars poplite terram
S tringentes multis veniam ſermonibus orant,
E t belli ſe iure petunt in vincula mitti.
I lla iterum aſpectans tum grata ſilentia poſcit,
E t pariter. Quæ pœna tuos Alberte ſequatur,
Q uidúe ferant, mihi qua poſſint iam lege teneri,
D iſpiceam. de me intereà quid magnus Olympi
R ector agat, quidúe aſtra velint decernere, fato
S it poſitum. quod tu meritus, patiare. ſimulq́ue
L yckeo dictis fatur. fidiſſime rerum
E t ſtudijs dilecte mihi: cuî vincere Gotthos
I nuicto fortuna dedit, patriamq́ue tueri:
P rincipiò Eydoræ Comitem tibi dono, furenti
Q ui toties cecinit deterrima claſſica bello.
H unc equîdem arbitrio, quantum fas eſſe putabis,
P ro pœnis ſub lytra dabis. tibi condere nexus
E t laxare potes, mulctamq́ue indicere vincto.
D e reliquis mihi cura ſiet: ne poſteà noſtras
I nuadant ſolitis ſubnixi viribus vrbes.
V ni equidem, veteris propter commercia regni,
M aiorumq́ue gradus & ſanguinis inclyta noſtri
F œdera, Bugslao cùm ſim deuinctior, illum
N equicquam pretijs obiecero. viſere tecta
D ono paterna ſeni, noſtriſq́ue excedere regnis.

Id verò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

I d verò me orare ſinas:quo pectore tantum
F regiſti Sueonum robur vincliſq́ue dicabas:
H oc etiam Albertum gnato comitante ſub altas
L indholmi turres,& ſaxa ſub ardua ducas.
E t ſimul : haud alijs,inquit,diffido:ſed hoc te
E xorem Lyckee ſinas. inſtructus abibis
P ræſidio,quod tute legas. res optima pax eſt,
S i pacem fortaſsè ſcias rectumq́ue ſequaris.
A nnuit optanti Lyckeus. & alea Martis
N onnunquam diuerſa cadit. non omnia ſemper
O mnibus aſpirant. Sunt ſparſa cadauera campis,
E t diffuſa iacent paſſim ſpoliata ſepulchris.
H æc tumulis inferre iube:ne dira ferarum
A ut volucrum rabies miſeros euiſceret artus.
S ic dixit cœlum ſpectans,preſſitq́ue dolorem
A rduus,ac toto meditatur ſeria vultu.
C um Regina manum ſuperis intendere dextram,
Q uodq́ue petit ſeſe facturam ſpondet. abito
I nquit,& hanc noſtro curam ſub pectore linquas.
V t me dij ſeruant animo fœlicibus æquam,
S ic didici miſeris non intoleranda videri.
P oſtquam ea finierat, Regem Lyckeus agendo
A bſtulit Albertum. qui cum iam multa locutus
D eploransq́ue,viæ curru ſuccedit inani:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

H oc quoque victori placidis contendere dictis.
M axima res homini regnum datur. vna moueret
S i quoque mortales, vt ſe cognoſcere poſſent
E t ſua ferre bona, ac rerum meminiſſe ruinas.
D eſipimus plerunque malis obnoxia turba,
A tque vltro nobis quæ ſunt aduerſa paramus.
V nus at extremi cumulusq́ue ac meta furoris
H ic ſupereſt, placidas non ferre monentibus aures:
S ed ſpreuiſſe viros, qui recta bonumq́ue locuti
F ræna equidem tumidis ſapientes motibus addunt.
N unc Axelualdo quidam mihi fidus in arce
P arietibus denſis & tetri carceris vmbra
I ncluſus premitur: mihi quod prædicere tantas
A uſus erat clades, hoſtemq́ue extollere noſtrum:
N ec certè eſt aliud quo meme offendere poſſet.
H unc libertati, ſi quid mea vota valerent,
R eſtitui cuperem patrijsq́ue remittier aruis.
D e me quod ſuperis viſum eſt decernere, tota
P oſteritas memoret. ſapiant hac clade, Deosq́ue
S perent, atque ex me diſcant regnare minores.
F ortunam læti contempſimus. illa viciſſim
N unc me dura pari ſpretum ſub iure relinquit,
E t regno excuſſum cumulata doloribus vrget.
F inijt illacrymans. Sed enim ſolatur euntem

Lyckeus:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

L yckeus: leuiterq́ue feras & fortiter, inquit,
C uius tute mali cauſam te noueris eſſe.
I nterdum pluuias, interdum Numina ventos
D iſpenſant: & ineſt vicibus ſua maxima certis
C ommoditas. quæ diis placeant, tolerare neceſſe eſt.
F ortunam vicit, quiſquis contempſit. alendo
P roficias, animum ſi rectè in commoda vertas.
T alibus incedunt, & iter ſermonibus omne
E xſuperant. circumq́ue equites peditumq́; manipli
P rocurrunt: varijs ſpectatur motibus agmen:
T ertia lux donec Lindholmo ſiſtit, & iſtic
A lberti fremitus fatali in ſede quieuit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

IMPRESSVM FRANCOFORTI AD MOENVM, PER GEORGIVM CORVINVM, IMPENSIS *Sigiſmundi Feyerabend.*



M. D. LXXIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 671 4° copy 3